



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 395. Usque Ad Annum 428

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1759

VD18 90117794

Liber XXII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66042](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66042)



HISTORIA ECCLESIASTICA. LIBER XXII.



S. INNOCENTIUS I. PAPA.
ARCADIUS IN ORIENTE, HONORIUS IN
OCCIDENTE, IMPERATORES,

§. I.

S. Joannes Chrysoftomus Cucufæ.

Sanctum Chrysoftomum Exilium multo quam antea illustriorem reddidit, quippe omni virtutum genere clarescebat. Acceptas ab amicis, & ab Olympiade pecunias redimendis ex Isaurorum potestate captivis impendebat, quos suis reddebat. Pauperibus tempore famis, quæ Regionem illam tunc pressit, succurrebat. Pecunia non indigentes consolaba-

Sæculum V.
A. C. 404.

Soz. VIII.
c. 7.
Pall. Dial.
p. 36.

Sæculum V. solabatur, & erudiebat. Ita omnium
 A. C. 404. nimos in Armenia, & circumjacentibus
 Regionibus sibi conciliavit. Multi e
 urbe Antiochena, atque ex reliqua Par
 Syria & Ciliciæ ad eum inviseban
 Sæpe pecunias sibi missas accipere
 ep. 138. al. 230. ep. 57. al. 50. cusabat, quod ex Epistola ad Matronam
 cui nomen Carteria, & ex alia ad Di
 genem Virum nobilem data cognosce
 mus. Excusat, quod donum non recep
 piat, affirmans, sibi jam pecuniis opus
 ep. 58. al. 51. non esse, si vero postea indigeret, eorum
 se Benevolentia libere usurum. Nilominus
 postquam hanc ultimam Epistolam scripsisset,
 vehementer instans Aphraate, quem a Diogene
 fuisse missum verosimile est, liberaliter sibi
 recepit ea conditione, ut Fidelibus vendendis
 impenderentur in Phænice, quo ipse Aphraates,
 ut in vinea Domini laboraret, abiturus erat.

Nam S. Chrysofomo, ut ut Exul nascentes illæ Ecclesiæ curæ erant. Cum
 ipsi fuisset relatum, ibi Persecutionem
 recruidisse, & Gentilium furore multos
 Sup. XXII. Monachos vulneratos, aut cæcos, ad Ru
 S. 42. finum Presbyterum dedit Epistolam, ob
 Ep. 191. al. 126. ad Ruf. testans, ut celeriter illo iret, quod mul
 talenus dubitaret, fore, ut ipso præsentem
 tumultus componeretur. Rogat, ut
 semper sibi, quid agat, scriberet, etiam
 in itinere constitutus. Promittit sua ex
 parte

parte omne possibile auxilium per se, & ^{Sæculum V.} per alios ferendum, datis si necesse fuerit A.C. 404.
 usque Constantinopolim litteris. Tum
 subjungit: *Quod pertinet ad SS. Mar-*
tyrum Reliquias, ne te hæc res sollicitum
teneat; primum enim dimisi Terentium
Presbyterum ad piissimum Otreum Epis-
copum Arabissanum, qui plurimas habet,
& certissime authenticas, has tibi post
paucos dies in Phœniciam transmittam.
Opus accelera, ut ædificia Ecclesiarum,
quibus tectum necdum est impositum, an-
te hyemem perficiantur. Credere pro-
 num est, Reliquias in consecratione Al-
 tarium novarum Ecclesiarum fuisse adhi-
 bendas. (*) Ad Presbyterum Geron-
 tium

(*) Optimum testimonium de SS. Reliquiis
 in Ecclesiis, & Altaribus asservatis! Interpres
 Protestans ad hunc locum in Parte IV. pag. 95.
 in materia de Cultu Sanctorum insanire non
 desinit. Dicit, adjecta Nota, quod antiquitus
 Reliquiæ non fuerint supra terram aperte ex-
 positæ. Quid deinde? modus non mutat rei
 substantiam. Sufficit, quod de cultu patriæ iis
 exhibendo nemo cogitet. Addit, primis tem-
 poribus totum Reliquiarum cultum in eo fuisse
 absolutum, quod non insepultæ jacere permit-
 terentur. Ergo æqualis honor furibus, & la-
 tronibus fuisset habitus, quorum corpora etiam
 sepeliebantur, iis solis exceptis, quæ sublime,
 seu in patibulo putrescere jubebantur. Rursus:

S. Au-

Sæculum V. A. C. 404. tium quoque scribit, excitatque, promptissime illo se conferat, promittens, nihil ei sive ad ædificia, sive ad sustentationem fratrum defuturum, hæc enim a se Constantio Presbytero commissa esse. Nicolaum Presbyterum rogat ut Gerontii profectionem urgeat, & Joannem Presbyterum eidem socium det ut sic illam Ecclesiam titubantem pluribus Boni operarii firmarent. Joannes Presbyter hoc iter omnino suscepit, & Chrysostomus ad Simeonem, & Marium Presbyteros & Monachos Apamienenses scripsit, exhortans, ut ei adjungerent aliquot bonos Operarios, qui eum in Phœniciam comitarentur.

Scripsit etiam S. Joannes ad Presbyteros, & Monachos, qui his Gentilibus erudiendis in Phœnicia operam dabant. (*) Ne inter Persecutiones animæ caderent & ex illa Regione fugerent, pollicetur, ipsos nec alimentorum, nec vestitus penuria laboraturos. *Nemo igitur* inquit

S. Augustinus illos tanquam Idolorum Popas traducit, qui Sepulchrorum, & Sanctorum imagines adorabant. Optime scripsit S. Augustinus. Nemo unquam talia adoravit, & Catholicus fuit.

(*) Ecce Monachos! conversione Ethnicorum occupatos; ergo non erant homines, Deo, & proximo inutiles, ut Protestans calumniatur.

inquit, vobis timorem incutiat, quippe ^{Sæculum V.} meliora sperandi causam habemus, sicut ^{A. C. 404.} ex descriptis Venerabilis Presbyteri Constantii litteris videbitis. Ante oculos ponit fortitudinem Apostolorum, præfertim S. Pauli, in carcere, & vinculis prædicantis, & Carceris custodem convertentis. Hortatur, ut constantes essent, & impavidi, mittere se ad eos Joannem Presbyterum, qui eos confoletur, & moneat, ut sibi scribant, atque omnes suas necessitates aperiant. ^{Act. 16. 25.}

S. Chrysostomus Gothiæ quoque Ecclesiarum curam non deponebat, de quibus ad Diaconum Theodulum scribit in hunc modum: *Quantumvis gravis incumbat tempestas, & maximus sit furor hominum, qui Ecclesias Gothiæ perditas volunt, vos nihilominus, quæ in vestra potestate sunt, facite! etsi nihil aliud lucraremini, quod tamen non credo, vos parata bonæ Voluntatis Merces semper apud Deum manet. Ergo, Care Frater mi! in periculis, & laboribus magno animo esto! Imprimis ora! & nunquam cessa a Deo ardentissimis precibus postulare, ut Pacem Ecclesiæ suæ reddat. Interim nulli labori parce, quod jam monui, ut in noto tibi negotio moræ nascantur ex moris.* Hæc S. Chrysostomi verba haud dubie accipienda sunt de Ordinatione illius Episcopi, cujus ad S. Olympiadem

Sæculum V. piadem scribens, mentionem fecerit
A. C. 404. Hac de re etiam ad Monachos Gothos

Sup. l. XIX. qui in Monasterio Promoti Constanti
n. 42. Ep. 163 poli debebant, scripsit.

al. 207.

Ep. 113. al.

210. Theod.

ep. 119. 121.

al. 119. 212.

Theoph. ep.

198. al. 203.

Sallust.

Ubi ad S. Joannis Chrysofomi no-
tiam delatum, Presbyteros duos Salu-
stium, & Theophilum, quos Constanti-
nopoli reliquerat, parum fervoris pro-
dere, ut populus fidelis, qui S. Joannis
hærebat, firmaretur; Sallustium non so-
pius quam quinquies usque ad Mensis
Octobrem ad populum dixisse, Theophi-
lum vero nunquam, indoluit S. Joannes
datisque ad utrumque, atque ad Theo-
dorum Sallustii amicum, Præfecti Minis-
trum, eundem, ut conjectura est, qui
ipsum Cucufam deduxerat, litteris ve-
hementer inertiam exprobrabat; *Sallu-
stium inquit, diluite! si verum ve-
didi, emendate! perpendite, quam stric-
tum Dei Judicium tanta socordia vestra me-
reatur. Iniqua hæc tempora Divinitus
spirituales colligendi occasionem præbent.
Ne igitur verecunderis, dicit ad Theo-
philum, bona opera tua mihi perscribere,
nihil enim aliud facies, quam quod mihi
imperanti obedientiam præstabis. (*)*

§. II.

(*) Interpres Protestantus, qui Bona opera in
sensu Catholicorum dari negat, hic ultimas tres
construções S. Chrysofomi, quia Bonorum
operum & mercedis mentio fit, omisit. Egre-
gium profecto suæ Doctrinæ Defensorem!

§. II.

Sæculum V.
A. C. 405.S. Chrysostomi *Ærumnæ*.

Perfrigida semper in Armenia hyems,
& anno 404. solito magis horrida,
S. Chrysostomum natum Antiochiæ, ubi
majorem vitæ partem exegerat, & a lon-
go tempore ægotantem, maximopere
afflixit. Hac de re in Epistola ad S. O-
lympiadem sub initium anni 405. data
conqueritur in hunc modum: *E mortis
faucibus ereptus tibi scribo. Hinc gau-
deo, hos, quos misisti, serius advenisse; si
enim cum extremis malis conflictantem
invenissent, fallere te neutiquam potuis-
sem, & meliora de mea valetudine nun-
ciare. Hyems solido rigidior mihi sto-
machi dolores auxit, fuitque his ultimis
duobus mensibus valetudinis meæ conditio
morte pejor, cum mihi tantillum vitæ ad
id solum videretur concessum, ut tot ma-
la sentirem. Tempus matutinum, meri-
dianum, omnia mihi nox evant. Totos
dies in lecto hærebam, & adhibebam fru-
stra mille artes, quibus frigus arcerem.
Frustra ignis excitabatur, ita ut pene
fumo suffocarer; cubiculo inclusus pedem
efferre non audebam, plurimis stragulis
cooperiebar; nihilominus acerbe crucia-
bar. Vomitus pene continui, dolores capi-
tis, ciborum fastidium, noctes illæ immen-
sæ, & insomnes torquebant. Ne te vero
Hist. Eccles. Tom. V. B b diutius*

ep. 5. al. 6.

Sæculum V. *diutius suspensam teneam, & condolentem*
 A. C. 405. *malis meis, jam melius habeo. Nam pe-*
quam ver advenit, & mutatus est in
sponte cessarunt cruciatus; tamen adde-
dum necessarium est, ut arcto cibo uter
& stomacho parcam, quo facilius alimen-
ta digerat.

In alia Epistola dicit: *Cum scire o-*
pias, an valeam. Scito, liberatum me
quidem a gravi illo morbo, sed super-
incommoda. Bonos habeo Medicos,
pharmaca nobis desunt, & alia ad corpus
viribus exhaustum rursus restaurandum
necessaria. Imo jam famem, pestemque
venturam prævidemus, & ne ex omni
malorum genere aliquod desit, contra-
latronum incurfionibus viæ omnes

S. Chryso- *stantur. Ideo rogo, ne ultra quem-*
 mus ad O- *buc ad me mittas; timeo enim, ne*
 lympiadem. *sa simus, ut homo juguletur, & quantum*
me funestus casus affligeret, facile intelli-
gis. Similia dicit S. Chrysoftomus in
Epistola ad Diaconum, cui nomen Theo-

Ep. 107. al. *dotus, data. Non modicum mihi erat so-*
 140. *latium, inquit, quod ex hac solitudine ad-*
te scribendi facultatem semper haberem;
sed etiam hoc Isaurorum insultus me pri-
varunt, nam redeunte Vere & ipsi ad
novas prædas prodire, late diffundi, &
omnes vias obsidere cæperunt. Jam nobi-
les feminae captæ, jam viri aliqui occisi.
 Et inferius: *Postquam hyeme, quæ præte-*
 rit,

riit, multa tuli, aliquantulum melius habeo, quamvis intemperie molester, nam hic etiamnum summabyems durat. Spero autem, me favente aestatis calore integras vires recepturum. Nihil mihi æque ac frigus nocet, & nihil ita ac calor juvat. In alia Epistola ad eundem Theodotum dicit: Non audeo te, ut huc venias, invitare. Maxima sunt Armeniæ mala. Quocumque vadas, humani sanguinis rivi, projecta cadavera, ædium solo æquatarum rudera, urbium, quas prædones vastarunt, ruinae occurrunt. Sperabamus in hac arce, ubi quasi in horrido carcere includimur, tutos nos futuros, sed neque hic tranquillitas; nam, ut in alia dicit Epistola, Isauri munitas etiam arces invadunt.

Sæculum V.
A. C. 405.

ep. 104. al. 68.

ep. 67. al. 131.

Arx ista est Arabissana, quod ex eadem epistola, & etiam ex alia apparet, in qua dicit: Postquam periculum paulisper remotum, Arabissam confugimus, ubi Arcem cæteris munitiorem invenimus, nam in urbe non manemus. Quotidie mors nobis in januis est, quippe Isauri igne, ferroque omnia vastant. Timemus futuram famem, propter multitudinem hominum, in loco tam angusto commorantium. Et in alia Epistola ad Polybium: Isaurorum metus omnes in fugam vertit. Frustra urbes in urbibus quaeres, neminem præter muros, & tecta vi-

ep. 70. al. 69.

ep. 183. al.
127.

B b 2 debis,

Sæculum V. *dehis, in valle, & Sylvas migrarunt*
A C. 405. *ves. Leonibus, & Leopardis similes*
menia Incolæ jam non nisi in Deser-
securi sunt. Quotidie Sedem mutam
Nomadum, & Scytharum more: Sa-
infantes parvuli, qui noctu præcipiti-
ga per intolerabile frigus asportantur
mortui in nivibus relinquuntur.

Ep. 102. al. Continua pericula S. Chrystofforo
61. 108. al. permoverunt, ut Lectorem juvenem,
141. 105. al. nomen Theodotus, ad suos dimittere
186. 111. al. hunc apud se habebat, ut eum erudiret
102. & ad veram Pietatem mores efformaret.
 Præterea juvenis iste oculis laborabat
 tam magni caloris, quam frigoris im-
 pientibus. Ergo ad Patrem dimisit,
 rum Consularem, cui etiam nomen Theo-
 dotus, simulque dona, quæ ab ipso ac-
 perat, reddidit. Filium Diacono Theo-
 doto commendavit, ut eum in Spiritibus
 regeret; ad ipsum etiam juvenem
 scripsit, ut consolaretur, hortatur quoque
 ut oculos curaret, & quantum posset Le-
 ctioni S. Scripturæ vacaret. *Jam stren-*
ue litteram disce, inquit, tum aliquan-
do sensum tibi explicabo.

Postquam S. Joannes uno anno Cucusæ
 fuisset, Adversarii ejus effecerunt, ut
 Arabissam migrare cogeretur; conjice-
 re est, id ita accipiendum, quod ab exitu
 anni 405. ipsi ab una urbe ad alteram
 commeandi facultas adempta fuerit. Ce-
 terum

terum vicinæ erant hæ urbes, & Arabis, Sæculum V.
 la magis ad Septentrionem posita. A. C. 405.

§. III.

*Delegati ex Occidente in Causa
 S. Chrysofomi.*

Interim S. Joannis Chrysofomi amici *Pall. p. 27.*
 Romæ causam ejus non segniter age- *Pall. p. 28.*
 bant. Demetrius Episcopus Pessinun-
 tensis illuc secundo profectus est, post-
 quam Orientem peragrasset, & Ecclesiæ
 Romanæ Communionem cum S. Chry-
 sofomo, exhibitis S. Innocentii Papæ E-
 pistolis vulgasset. (*) Demetrius Epi-
 stolas Episcoporum Cariæ, qui S. Chry-
 sofomi Communionem amplectebantur,
 afferebat, atque Presbytero um Antio-
 chenorum, qui Exemplum Romanorum
 sequebantur, & de Porphyrii Electione
 contra Canones facta querebantur. Ro-
 mæ deinde advenerunt Presbyter Domi-
 tianus, Ecclesiæ Constantinopolitanæ
 Oeconomus, & Presbyter aliquis Nifi-
 bitanus nomine Vallagas, seu Vologesus,
 qui Ecclesiarum Mesopotamiæ querelas
 exposuerunt. Hi duo Presbyteri Romam
 attulerunt Acta Optati Præfecti Con-
 stantinopolitani, in quibus legebatur,

Bb 3 Fœ-

(*) En Notam certissimam, quis ab initio Sæ-
 culi V. Catholicus, Hæreticusve habitus fuerit,
 nempe cum Ecclesia Romana Communionem?

Sæculum V.
A. C. 405.

Fœminas nobiles, ex familia Consul-
& Ecclesiæ Constantinopolitanæ Dia-
nissas, quales erant Olympiades, & Pe-
tadia, publice ad Præfectum adduci ju-
sas, ut communicare cum Arsacio cog-
rentur, aut ducentas auri libras Fisco po-
dere. Ascetæ quoque & Virgines Rob-
erant, qui laniata latera, & flagellorum
notas in humeris ostendebant.

p. 29.

His S. Innocentius Papa vehementer
commotus ad Imperatorem Honorium
litteras dedit, in quibus singulatim con-
tinebantur, referebat. Jusfit Imperator
convocari Concilium, & quæ in eo de-
creta fuissent, ad se deferri. Con-
venerunt Episcopi Italiæ, rogaruntque Ho-
norium Imperatorem, ut ad Imperato-
rem Arcadium Fratrem suum scriberet,
juberet ille, Concilium Trëssalonicæ ce-
lebrari, ubi Episcopi Orientis, & Occi-
dents commode interessent, Synodum
omni exceptione majorem non numero,
sed Suffragantium Patrum meritis con-
stituerent, & Judicium a quo appellari
non possit, pronunciarent. Honorius
accepta hac Epistola, Litteras dedit ad
Papam; Episcopos quinque cum duobus
Presbyteris, & Diacono uno Roma mite-
ret, ad Arcadium Fratrem suum Epi-
stolam delaturos, quam ipse scripsit in
hæc verba:

Tertia

Tertia jam vice ad Clementiam Tuam Sæculum V.
A. C. 405.
scribo, rogans, ut ea, quæ contra Joannem Episcopum Constantinopolitanum factiose acta sunt, rescindantur, verum Epistolæ meæ effectu caruisse videntur. Iterum igitur opera istorum Episcoporum, & Presbyterorum Epistolam Tibi mitto. Valde sollicitum me tenet Ecclesiæ Pax, a qua Imperii nostri quies dependet. Placeat Tibi præcipere, ut Episcopi Orientis Thessalonicæ congregentur; nam Occidentales nostri viros constantiæ adversus fraudes, & nequitiam inconcussæ selectos, Episcopos quinque, Presbyteros duos, & Diaconum unum Magnæ Ecclesiæ Romanæ miserunt. Omnem eis honorem exhibeas, ut, si ipsis veritas demonstratur, Episcopum Joannem jure ejectum fuisse, tibi persuadeant, ipsius Communioni renunciare, aut me doceant, a Communionem Orientalium recedendum, si inique egisse convincantur. Quid Occidentales de Joannis Episcopi causa sentiant, cognosces ex his duabus Epistolis, quas inter omnes alias ab Episcopis ad me datas elegi nempe Epistolam Episcopi Romani, & Episcopi Aquilejensis. Si has legeris, quid omnes dicant, intelliges. Præprimis autem rogo Te, ut Theophilum Alexandrinum ad Concilium se conferre, etiam invitum, cogas, hunc enim malorum istorum omnium Auctorem ferunt.

p. 30.

Bb 4

Quam-

Sæculum V.
A. C. 405.

p. 32.

p. 31.

Quamvis Epistola de quinque Episcopis loquatur, non plures tamen quam quatuor hac Legatione functos legitime scilicet Emiliam Episcopum Beneventanum, Gaudentium Brixientem, Cyriacum, & Marianum, quorum Cathedralium nescimus; hos comitabantur Presbyteri Valentinianus, & Bonifacius; Hi Epistolæ Imperatoris Honorii, Innocentii Papæ, Chromatii Aquilejensis, Venerii Mediolanensis, aliorumque Episcoporum Italiae, & mandata Concilii totius Orientis ferebant. Iter Constantinopolim ingressi sunt, vecturis, quas Honorius ministrari jubebat, usi; socios se junxerunt quatuor Orientales Episcopi, in Pertriā redeuntes, Cyriacus, Demetrius, Palladius, & Eulysius. Delegati in mandatis habebant, Joannem compelli non debere, ut in judicio se sisteret, antequam Ecclesiæ suæ, & Communioni fuisset redditus, ut nulla ei remaneret causa, cur ad Concilium venire recusaret.

§. IV.

Epistola Decretalis ad S. Exuperium.

c. 1.

Sup. L.
XVIII. §.
34. 35.

Sub idem tempus, cum S. Exuperius Episcopus Tolosanus S. Innocentium Papam de variis Disciplinæ articulis consultuisset, data Epistola Decretali respondit.

Sæculum V. *pe* jus Moderationis rationem reddit; No
 A. C. 405. *pe inter frequentes Persecutiones timo*
dum erat, ne ob facilitatem reos ad Co
munionem recipiendi, & certissima

vide Notam
XVIII.
Lib. XXI.

ribus fuisse denegatam, atque ex eo sequi, esse verosimile, quod Fleurius verum sententiam Summi Pontificis assecutus fuerit, dum Lib. III. §. LI. ad Decretalem Innocentii ad S. Viaticum dicere videtur, Mulieri, vivo marito, & Virgini postquam Sacrum velamen accepisset, nubentibus, absolutionem Sacramentalem etiam in articulo mortis fuisse denegatam. Superest, ut videamus, an tribus primis sæculis, nempe persecutionum tempore, aliquis pœnitens absolutionis secretæ Beneficio fuerit privatus. In Concilio Tridentino Sess. XIV. cap. V. dicitur, nullum unquam casum pro articulo mortis fuisse reservatum. Inde inferendum; multo minus Secretam absolutionem fuisse prohibitam. Concilium Nicænum ex Oriente, & Occidente congregatum cap. XI. II. generatim testatur, legem fuisse antiquam, & Canonicam, ut nemini in articulo mortis Viaticum, maxime necessarium, negetur. Ergo S. Innocentii verba exponi necesse est, & dupliciter explicari possunt; primo si dicas, non de usu universæ Ecclesiæ, sed quarundam Ecclesiarum particularium fuisse locutum. Secundo si sub vocabulis reconciliationis, & Communionis, quibus utitur S. Pontifex, plena pœnitentis restitutio in omnia jura, & prærogativas Fidelium, non vero absolutio Sacramentalis intelligatur.

conciliationis fiduciam Fideles non satis a lapsu absterrentur. Postquam autem Ecclesiae Pax reddita, magis ad Divinam Misericordiam respiciendum fuit, ne Novatianorum duritiam imitari videremur. Notatu dignum, majorem fuisse Persecutionum tempore rigorem Disciplinae, eamque absolute pro temporum diversitate mutari posse.

Sæculum V.
A. C. 405.

Aliqui dubitabant, an Christianis post acceptum Baptismum Judicia criminalia exercere, imo an supplices Libellos tradere liceret, & petere, ut pœna capitali in reos animadverteretur. S. Innocentius respondet; Cum Potestas Publica ad vindictam criminum gladium portans a Deo sit instituta, licere Christianis ejus rigorem implorare, imo & exercere.

c. 3.

S. Ambrosius hac super re interrogatus idem responderat. S. Innocentius Papa adulteros esse affirmat, qui post divortium aliud Matrimonium ineunt, eosque, quibuscum contrahunt, ita ut Pars utraque a Communione Fidelium sit excludenda. Nempe Divortia Legibus Civilibus erant permessa. Animadvertit Pontifex, viros ob peccatum adulterii rarius subire Pœnitentiam, quam Mulieres; id non inde fiebat, quasi Religio Christiana hoc crimen non æque in uno ac in altero Conjuge condemnaret, sed quod uxores raro Maritos suos accusarent,

c. 5.

Ambr. ep.

25. 26.

Sup. L.

XVIII. §. 57

Decr. Innoc.

c. 6.

c. 4.

&

Sæculum V. & Ecclesia occulta crimina non puni-
 A. C. 405. Epistolæ suæ Decretali subjungit Pro-
 6. 7. Librorum Sacrorum Catalogum, quale
 hodieque habemus, atque aliquos Libros
 Apocryphos, & damnatos indicat. Hæc
 Decretalis decimo Kalendas Martii Sa-
 licone & Anthemio Consulibus, id est
 20. Febr. anno 405. data.

S. Exuperius, ad quem hæc Decreta-
 talis dirigitur, inter Illustrissimos Galli-
 rum Episcopos fulgebat. Idem esse cre-
 ditur, quem S. Paulinus tanquam Pres-
 byterum Ecclesiæ Burdegalensis nominat.
 S. Hieronymus ejus charitatem dilau-
 dat, dicens, quod, cum esset Episcopus
 jejunaret ipse, ut alios nutrire posset. *U-*
lo nemo ditior, inquit, qui Corpus Do-
mini in corbe viminea, & Sanguinem e-
jus in poculo vitreo portat. Vult dice-
 re, S. Episcopum Vasa sacra vendidisse,
 ut pauperibus subveniret. Laudat eti-
 am, quod Ecclesiam Simonix vitio pur-
 gasset, atque ejus Meritis (*) datum es-
 se existimat, ut Barbaris omnia popu-
 lantibus urbs Tolosa intacta remaneret.
 Sub

Paul. ep. 21.
al. 12. ad
Amand.
Hier. ad
Ruff. ep. 4.
c. 10. in fine.

Ep. 2. ad
Agaruch. c. 6.

(*) Ecce eximium initio Sæc. V. S. Hierony-
 mi contra contumaciam Protestantis Nostri In-
 terpretis testimonium! Ecclesiam Jesu Christi
 credidisse, dari etiam merita hominis, quæ Je-
 su Christi Meritis unita aliquid possent a Deo
 impetrare.

Sub idem tempus S. Exuperius in Orientem misit Sisinnium Monachum cum pecuniis, ut Monachorum Palæstinæ, & Ægypti inopiam sublevaret. (*) Sisinnius S. Hieronymo reddidit Epistolam S. Exuperii, Minerii, & Alexandri, Monachorum, & aliorum piorum virorum, qui aliquas Scripturæ Quæstiones sibi explicari rogabant. Opportuna occasione usus S. Hieronymus, S. Exuperio misit Commentarium suum in Zachariam Prophetam, quem eodem tempore, Arcadio, & Anicio Probo Consulibus, id est, anno 406. conscripsit. Commentarium in Malachiam cum longa Epistola de Judicio

Sæculum V.
A. C. 405.

Præf. in Lib. Zach. Præf. in L. 2. Præf. in 3. Lib. in Amos. ep. 152

(*) Hic Interpres Protestans in S. Exsuperium & S. Hieronymum stolide ludit, in sua Nota pag. 102. part. 4. quod S. Exsuperius eleemosinas ad Monachos in Palæstinam transmiserit, cum melius civibus suis, paupertate tunc pressis, subvenisset, qui in eadem pagina verba illa S. Hieronymi: Nemo opulentior est, quam qui Domini Corpus in corbe, & sanguinem in vitro portat, nequiter omisit, quia nempe inde eruitur, sicut etiam ex sequentibus, S. Exsuperium non solum exteris, sed etiam popularibus opem tulisse, atque etiam S. Corpus, & Sanguinem Christi, sicut hodieque in Ecclesia Catholica, fuisse extra Missam asservatum. Utinam siluisset homo iste, ut potuisset sapiens reputari, & Protestantes, ipsius Versionem legentes, non deciperentur!

Sæculum IV. dicio extremo, & Resurrectione, M
A. C. 405. rio quoque, & Alexandro misit.

§. V.

Vigilantius. Errores ejus.

Sanctus Hieronymus ejusdem Sif
 Monachi opera Tractatum suum con
 tra Vigilantium Ripario, & Desider
 Presbyteris, rogatus transmisit. Vig
 lantius Natione Gallus ex Civitate Con
 venensi migravit in Hispaniam, ibique
 primum vini mercator, deinde Presby
 ter Ecclesiæ Barcenonensis fuit. Con
 cere licet, ibi eum notum factum fuisse
 S. Paulino, qui in suis Epistolis de
 tanquam amico mentionem facit, quæ
 etiam in Palæstinam proficiscen
 S. Hieronymo per litteras commendavit
 illuc quippe Vigilantius se contulit, &
 aliquamdiu Jerosolymæ moratus est. Illo
 quo terra contremuit anno 394. ibi erat.
 Inde in Ægyptum, & in alias Regiones
 divertit, cœpitque errores docere. Ipsum
 S. Hieronymum aggressus est, accusans,
 quod Origenista esset, quia eum Orige
 nis Libros legentem viderat. S. Hiero
 nymus hac de causa circa annum 397.
 ad eum scripsit, rationem reddens, ideo
 tantum Origenem se legere, ut, quæ bo
 na ejus libris inessent, disceret, moneta
 que Vigilantium, e re sua facturum, si
 vel

*in Vigil. c. 2.
 Gennad. de
 Script.*

*Paul. ep. 1.
 al. 5. Sup. 1.
 XIX. n. 56.
 Hier. ep. 13.
 ad Paul. in
 Vigil. c. 4.
 Ep. 75. & 53.*

ep. 75.

vel Fidei veritatem doceri se pateretur, ^{Sæculum V.}
vel sileret. ^{A. C. 405.}

Post septem ferme annos, & circa
annum 404; Riparius Presbyter ad S. Hieronymum perscripsit, Vigilantium rur-
sus de Doctrina Fidei scriptitare, eum
Reliquiis Martyrum, & Vigiliis in Ec-
clesiis agi solitis aduersari. S. Hieronymus ei summam respondit, subjungens,
si sibi Vigilantii Liber mitteretur, fusius
responsurum. Hunc ergo Librum mi-
serunt. Sisinnio, quem S. Exuperius mi-
serat, Presbyteri Riparius, & Desiderius
etiam Vigilantii librum deferendum de-
derunt, quo perlecto S. Hieronymus re-
spondit dictione vehementi in Tractatu, ^{in Vigil. c. 4.}
quem una nocte dictavit, quod Sisinnius
profectionem in Ægyptum accelerare
cogeretur. <sup>ep. 53. ad
Ripar.</sup>

S. Hieronymus in eo refutat omnes
errores Vigilantii, quem Joviniani Hæ-
retici Successorem appellat, quia is quo-
que Professionem Continentiæ damna-
verat. Vigilantius Honorem Reliquiis
Martyrum exhibitum rejiciebat, illosque,
qui eas colerent, Cinerarios, & Idolola-
tras vocabat. (*) In Meridie Cereos
ad Martyres honorandos accendere, ipsi
Paga-

(*) Ecce! hæc ipsissima sunt, quæ Interpres
Protestans in suis Notis nobis Catholicis obji-
cit. Bonum! quod hæc objectiones Vigilantii,
Hæretici, calumniis ita similes sint, ut ova ovis.

Sæculum V. Pagana superstitione erat. Dicebat, A. C. 405. mortem inter vivos & mortuos orationis Communionem esse non posse, Titulum Libri Apocryphi Esdræ allegans. 4. Esd. 7. 45. Dicebat etiam, Miracula, quæ ad pulchra Martyrum fiebant, solum delictum Gratia fieri. (**). Vigiliis

(*) Interim notandum, Vigilantium ab unitate Jesu Christi Ecclesia pro Hæretico fuisse habitum. Libri IV. Esdræ verba hæc sunt: *Tunc enim nemo poterit salvare eum, qui perit, que demergere, qui vicit.* Hæc de Cælo Inferno intellecta verissima sunt, at contra doctrinam Catholicam nihil probant.

(**) Id pro illo saltem tempore posset excipari in sensu bono juxta illud S. Gregorii homil. 10. in Evangel. ex S. Paulo: *Infidelis vero, quia uti ratione nesciebat, ad cognoscendum Dominum non per vocem, sed per signa perducuntur.* Unde etiam per Paulum dicitur; *Prophetiæ Fidelibus datæ sunt, non Infidelibus, Signa autem Infidelibus non Fidelibus.* Quia & illis Prophetiæ tanquam Fidelibus non Infidelibus, & istis Signa tanquam Infidelibus, non Fidelibus data sunt. Ceterum hoc Vigilantii Testimonium contra Protestantium plurimum valet, siue Deus ea patriverit Miracula ad demonstrandam Religionis Catholicæ Veritatem, siue ut ostenderet, quam gratum sibi sit, Sanctis suis Honorem exhiberi, vel denique ut manifestaret, preces Hominum ad Sanctos Cælites, & Sanctorum in Cælo ad se pro vivis Clientibus directas, esse utilissimas.

que publicas in Ecclesiis, excepta sola Nocte Paschali, damnabat, volebatque, ut *Alleluja* illa sola die cantaretur. Reprehendebat consuetudinem, quod aliqui Eleemosinas Jerosolymam mitterent, aut Paternam Hæreditatem venderent, ut pecunias inter pauperes distribuere, dicens, præstare Patrimonium servare, & reditus inopibus communicare. Generatim vitam Monasticam damnabat, quod ipsius opinione hoc vitæ Genus proximis esset inutile. Hi Vigilantii errores fuere, quibus non nulli etiam ex Episcopis infecti. Illud imprimis placebat, quod continentia damnaretur, obtendebant enim, Præceptum istud fornicandi causam esse. Nullum, nisi uxorem haberet, ordinabant Diaconum. Conjectura est, Vigilantii Sectatores ansam dedisse, ut Hispaniæ Episcopi S. Siricium Papam, & Episcopi Galliæ S. Innocentium consulerent.

§. VI.

S. Hieronymi Liber contra Vigilantium.

Sanctus Hieronymus ad hunc Articulum respondet: *Male ergo faciunt Ecclesiæ Orientis, Ægypti, & Sedes Apostolica, quæ Clericos ordinant Virgines, aut continentes, aut qui, si uxores habeant,*

Hist. Eccles. Tom. V. Cc mari-

Sæculum V. *maritali licentia uti desinunt? (*)* Quo
 A. C. 405. ad Honorem Martyribus habendum

c. 2.

stat, respondet: *Quis enim, o infans
 Caput! aliquando Martyres adoravit
 quis Hominem putavit Deum? (**)*
 subjunxit: *Dolet Martyrum Reliquias
 pretioso operiri velamine, & non prop-*

† Sunt ipsa *in sterquilinum. † Ergo Sacrilegus
 S. Hieronymi *mus, quando Apostolorum Basilicas ingre-*
 verba Edit. *dimur? Sacrilegus fuit Constantius
 ex offic. *Imperator, qui sanctas Reliquias Andreae
 Christoph. *Luca, & Timothei, transtulit Constanti-*
 Plantin. *tinopolim, apud quas Dæmones rugierunt****

†† In S. Hieronymo legi- *Sacrilegus dicendus est & nunc Augustinus
 tur Constantinus. Vi- *Arcadius, qui ossa Beati Samuelis
 deatur Card. *post tempore de Judæa transtulit in
 Gotti. de *ciam? omnes Episcopi non solum
 Ver. Eccl. c. 2. *legi, sed & fatui judicandi, qui ven-*
 de Miraculis. *lissimam, & Cineres dissolutos in Serris
 & Vase aureo portaverunt? Stulti
 nium Ecclesiarum populi, qui occurrerunt
 sanctis Reliquiis, & tanta letitia
 præsentem viventemque Prophetam venerunt*****

(*) Ex hoc loco S. Hieronymi putidum Pro-
 testantis Interpretis mendacium refellitur, non
 esse morem in Ecclesia antiquum, ut Clerici
 Continentia vivant.

(**) Mirum sane, quod Interpretem Pro-
 stantem, hæc legentem, & in germanicum trans-
 ferentem, non puduerit, nihilominus Ecclesiam
 Catholicam Idololatriæ arguere! nempe non
 amore veritatis, sed lucelli spe scripsit.

rent, susceperunt, ut de Palæstina usque Sæculum V.
 Chalconem jungerentur populorum exa- A. C. 406.
 mina, & in Christi Laude una voce reso-
 narent? videlicet adorabant Samuelem, Chro. Pasch.
 & non Christum, cujus Samuel & Levi- p. 308.
 ta, & Prophetes fuit? Et vero Prophe-
 tæ Samuelis Reliquiæ Attico Episcopo,
 Mense Artemisio, decimo quarto Kalen-
 das Junii Arcadio & Probo Consulibus
 id est 19. Maji anno 406. allatæ sunt.
 Ante eas Imperator Arcadius, Anthemi-
 us Præfectus Prætorio & anni superioris
 Consul, Æmilianus Urbis Præfectus
 totusque Senatus procedebant. Sacræ
 Reliquiæ ad tempus in magna Ecclesia
 depositæ, & deinde in Ecclesiam honori Theod. lect.
 Prophetæ prope *Hebdomon* ædificatam Lib. 2. ad fin.
 translata.

Ut probet, Sanctos pro nobis ora- in Vigil. c. 3.
 re, (*) S. Hieronymus dicit: *Si Apo-*
stoli & Martyres adhuc in Corpore con-
stituti possunt orare pro cæteris, quanto
magis post Coronas, Victorias, & Trium-
phos? an postquam cum Christo esse cæ-
 Cc 2 perint,

(*) Hoc loco nihil fortius, ad probandum,
 Sanctos in Cælo pro nobis intercedere. Inter-
 pres Protestans verba Fleurii *pour montrer*. red-
 didit: *Indem ferner Hieronymus zeigen woll-*
te. Quod Lectores ita accipere possunt: vo-
 luit, sed non potuit.

Sæculum V. *perint, minus valebunt? (*)* Et inferius
 A. C. 406. *Cereos autem non clara Luce accendimus*

(*) Mota est his annis Quæstio! Quomodo Beatissima Virgo, & Sancti in Cælo orant? Theologus nostræ vicinæ in sua Theologia Mariana defendit; Orationem Beatorum non tantum Communem esse, sed etiam pro quibusdam speciatim a Sanctis offerri. Hæc opinio quidem ad populi sensum magis est accommodata, sed contraria ex S. Thomæ principiis sequi videtur. Nam certa & constans est Doctrina; perfectiorem esse orationem communem quam peculiarem, nempe illam, quæ in eorum sensu communis sit, ut non tantum ad omnes commode, sed etiam expresse ad singulos non tantum, sed etiam re tamen erga unum, quam erga alterum affertur, si Divinæ Voluntati placuerit, se extendat. Quis ergo dubitet, hoc modo potius, quam alio Sanctos in Cælo pro nobis orare, cum is Beatorum statum magis deceat, & nobis æque, imo eo ipso quia perfectior, etiam utilior sit. Hæc Auctor Theologiæ Marianæ non negat, sed dicit, quod oratio communis sit quidem melior, non sit tamen efficacior. At concipi nequit, quomodo oratio melior, non sit etiam efficacior, cum respectu nostri major vel minor Bonitas Orationis a sola efficacia cognosci possit. Affertur deinde Textus Joan. 17. *Non pro mundo rogo, sed pro iis, quos dedisti mihi.* Tales Textus explicandi sunt de Jesu Christo orante, tempore quo Viator fuit, nam, quamvis effectus

sicut frustra calumniaris. Quod si ali-
qui propter imperitiam, vel simplicita-
 C c 3 *tem*

Sæculum V.
 A. C. 406.

Comprehensor, tamen multa egit, ut Viator. Vel si Textus loquantur de Oratione Christi in Cælo, non in eo sensu accipiendi sunt, quod Christus pro Petro v. g. & non pro altero, aut ferventius pro Petro, quam pro altero oret, sed quod ipsius Oratio vel ex Divinæ Voluntatis Placito, vel ob majorem Petri quam cæterorum in terra orantis fervorem, Petro, & non alteri sit efficaciter profutura. Hæc manifeste S. Doctoris mens est 2. 2. q. 83. art. II. ad 4. *Contingit tamen quandoque quod imploratio inferioris Sancti efficacior sit; vel quia devotius imploratur, vel quia Deus vult ejus Sanctitatem declarare.* Ecce S. Doctor efficaciam Orationis alicujus Sancti nullatenus inde deducit, quod pro Cliente speciatim oret, sed quod Oratio Sancti, quæ perpetua est, & pro singulis hominibus æque communis, vel Dei beneplacito vel ob Clientis in terris positi, & ardentius quam cæteri orantis, fervorem ei potius quam alteri applicetur. Hinc etiam illud absurdum non sequitur, quod, si Beatissima Virgo pro omnibus æqualiter oraret, omnes homines æqualem Orationis effectum fortiri deberent; nam licet Beatissima Virgo pro omnibus, & simul singulis, quos habet sibi præsentissimos, Oratione communi oret, tamen ut efficacia Orationis applicetur, requiritur vel Dei inscrutabilis voluntas, vel Clientis supplicatio. Confirmatur etiam hæc opinio

Sæculum V *tem Sæcularium hominum, vel certe Re-*
 A. C. 406. *giosarum Fæminarum hoc pro Homi-*
 Mart

opinio exinde, quod Beati, etiam si res huius
 Sæculi non amplius cognoscerent, nihilominus
 Charitate, qua nobis junguntur, ut loquitur Car-
 dinalis Gotti, pro nobis orarent; atque in
 eum argumentum est JESU CHRISTI præceptum
 formulam orandi communem, non singularem
Pater noster &c. Matth. 5. nobis præscribere
 si enim alius orandi modus fuisset efficacior,
 Iesus utique docuisset. Nec ista opinio
 cultum in Beatissimam Virginem minuet, si
 illis Deiparæ Virginis precibus
 quæ perpetuæ sunt, & communes, magis, quam
 cæteris certissime, saltem secundum Prov-
 identiam Dei ordinariam, profuturas, si cæteris
 ventius Ipsius opem imploraverint.

An Sancti in Cælo Oratione formali pro
 nobis orent, vix operæ pretium est, ut moveretur
 quæstio. At Principiis Theologicis magis con-
 haret dicere, quod non Oratione formali, sed
 charitate, qua etiam in proximum flagrant, orent
 id est Charitate, quæ sua virtute, & eminentia
 Oratio est. Beati Cælicolæ preces Clientum
 suorum secundum Doctrinam S. Doctoris, quam
 explicat clarissimus Mezquer, p. 102. ab imbecillitate
 suæ Beatitudinis simul absque Successione re-
 dent, atque actu Charitatis non interrupto in
 Deum, & in proximum feruntur; Actus autem
 Amoris cæterarum virtutum actus aliqua virtute
 eminenti complectitur; nihil ergo est, quod per-
 suadeat

*Martyrum faciunt, quid inde perdis? se-Sæculum V.
cundum Fidem suam habent Mercedem, si- A. C. 406.
cut illa Mulier, quæ Jesum Christum
ungebat, quamvis unguento non indige-
ret. Nam & absque Martyrum Reliquiis
per totas Orientis Ecelesias, quando le-
gendum est Evangelium, accenduntur lu-
minaria jam Sole rutilante ad signum Læ-
titiæ demonstrandum. Male facit ergo
Romanus Episcopus, qui super Mortuo-
rum Hominum Petri & Pauli ossa secun-
dum nos veneranda, secundum te vilem
pulvisculum, offert Domino Sacrificia, &
Tumulos eorum Christi arbitratur Alta-
ria, & non solum unius Urbis sed totius
Orbis errant Episcopi? (*) Tum Aucto-
rem hujus Hæreseos Eunomium dicit.*

Cc 4 De

suadeat, actum Orationis formalis esse adstruen-
dum. Mentio de Vigilantio Hæretico hic invi-
diose ingeritur, qui non modum, sed rei sum-
mam negabat, &, ut loquitur S. Hieronymus,
SS. Martyrum Reliquias cupiebat projici in ster-
quilinium. Ceterum cum S. Augustino dicamus:
Res hæc altior est, quam ut a me possit attingi.
Lib. de cura pro mortuis.

(*) Hic subjungit S. Hieronymus: *Episcopi,
qui Cauponem Vigilantium contemnentes &c.*
Observo moderationem Fleurii, qui ex hac Lu-
cubratione tantum ea excerptit, quæ ad stabi-
liendam Doctrinam Catholicam contra Prote-
stantes faciunt, omittis iis, quibus ipse Vigilan-
tius haud perfunctorie vapulat.

Sæculum V.
A.C. 406.

- c. 4. De Vigilis in Ecclesiis S. Hieronimus dicit, eas propter errorem, aut contumaciam quorundam juvenum, vilissimas, que mulierum non esse respiciendas, *velis, inquit, etiam Vigiliam Paschæ celebrari.* Tum ad Signa, & virtutes, que in Basilicis Martyrum sæpe fiebant, transiit, & ait: *quando iratus fuero, & aliquando mali in animo meo cogitavero, & meum spiritum Phantasma deluserit, Basilicis Martyrum intrare non audeo. Rides forsitan, & Muliercularum delivamens.*
- c. 5. *subfannes.* Usus deinde defendit a tempore Apostolorum inter Christianos, & Judæos servatum, ut Fratibus suis
- c. 6. Palæstinam Eleemosinas mitterent. Talem Institutum Monasticum tuetur; esse timendum, ne Ministri Ecclesiæ sint, etiamsi aliqui vivant in solitudine, sicut nemo timeret, ne Genus Humanum intereat, si aliquæ Virgines fuerint. *Monachus autem, inquit, non Doctor sed plangentis habet officium, qui vel se vel Mundum lugeat, & Domini pariter præstoletur Adventum. Sciens fragilitatem suam, & in sola fuga sperans Victoriam, occasiones devitat.* (*) Hæc sunt, que S. Hieronimus dicit.

(*) Talia de Monachorum instituto Pleurinus diligentissime excerptit; interim hoc S. Hieronimus dictum sine exceptione accipi non potest, ut alibi

S. Hieronymus contra Vigilantium unius ^{Sæculum V.} noctis lucubratione dictavit. ^{A. C. 406.} Vigilantii
 Hæresis ætatem non tulit, nec ad eam
 condemnandam Concilii Auctoritate o-
 pus fuit, adeo Ecclesiæ universæ Tradi-
 tioni adversabatur. (*)

Cc 5

§. VII.

aliud verbo, aliud exemplo, atque tot editis li-
 bris docere videri possit. Absit vero, ut quis
 hanc Regulam de non docendo ad ipsos SS. Pa-
 tres, qui Monachi fuere, aut alios Scriptores Mo-
 nachos, qui per tot Sæcula rem Catholicam pro-
 moverunt, auxerunt, defenderunt, extensam
 velit!

(*) Hic Interpres Protestans in sua Nota se
 ipsum S. Hieronymi Judicem constituit; infeli-
 cem fuisse dicit in suis controversiæ Libris, præ-
 fertim vero in iis: Was er wider den Vigilantius
 zusammen geschmieret hat. Nempe urit homi-
 nem, quod S. Hieronymus Vigilantium talia, quæ
 hodie Protestantes, dicentem, erroris convincat.
 Tum Quæstionis substantiam declinat, refert Vi-
 giliantii verba, & Erasmi Crispi in S. Hierony-
 mum: *utinam argumentis duntaxat egisset, &*
a conviciis temperasset! nam Vigiliantius nocturnas
non placuisse Ecclesiasticis viris vel illud satis
arguit, quod horum Auctoritate sublata sunt.
 Nunc quid ex his omnibus sequitur? posito
 enim, quod S. Hieronymus, ut fervido erat in-
 genio, temperantius potuisset scribere, posito
 etiam circa cultum SS. Reliquiarum aliquos abusus
 jam tunc irrepsisse, quos cum defuncto Eminen-
 tissimo

Sæculum V.
A. C. 406.

§. VII.

Donatistarum Crudelitas.

Legati Concilii Carthaginensis, quæ 26. Junii anno 404. celebratum, *Sup. XXI. §. 53.* Regiam Imperatoris Honorii pervenit, ut potentissimum Tutamen comites, *Aug. ad Bonif. ep. 185. al. 50. c. 7.* Donatistas poscerent, mirati sunt, quod sibi plura concessisse Augustum, quam petiturae erant. Quippe jusserat promulgari Legem, qua omnes Donatistas pendendam auri multam, Episcoporum tem eorum, & Ministri ad Exilium damnabantur. Crudelitas, qua in Catholicos sævierant, huic Legi edendæ antea dederat. Servus Episcopus Tubercianus restitutionem cujusdam loci Donatistis occupati, *Aug. III. cont. Cresc. c. 43.* Judicio postulat. Jamque utriusque Partis Mandatarii Praefectis consulis Sententiam in dies expectabant.

tissimo Archiepiscopo Viennensi sublatos omnes optamus, veritas tamen inconcussa stat, a S. Hieronymo propugnata, Vigilantium, Intercessionem, & invocationem SS. per Jesu Christi merita negantem, fuisse Hæreticum ab Ecclesia Catholica ante duodecim Sæcula damnatum, & Dominum nostrum Interpretem Protestantem, dum Fleurii verba reddidit: So sehr war sie (De Strina Vigilantii) der Tradition der allgemeinen Christlichen Kirche zuwider, suo se calamo periculare. pag. 105.

cum ecce Donatistæ derepente in Epis-
 copi Civitatem irrumpunt armati. Ipse Sæculum V.
A. C. 406.
 præcipitata fuga ægre salutem invenit, at
 Parentem ejus Presbyterum Senio gravem
 captum tam barbare mulctarunt, ut pau-
 cos intra dies Spiritum reddiderit. Cum
 etiam Donatistæ Ecclesiam Ditionis, quæ
 Calviana dicebatur, occupassent, Maxi-
 mianus Episcopus Catholicus Bagajanus
 ejusdem Restitutionem in Judicio obti-
 nuerat. Adsunt Donatistæ, Episcopum
 in eadem Ecclesia ad Altare Sacris facien-
 tem invadunt. Is, ut irruentium furori
 se subduceret, sub Altare irrepsit; illi Al-
 tare, quod ligneum fuit, confringunt, at-
 que arreptis tabulis, fustibus, & armis
 variis virum Sanctum feriunt; locus to-
 tus ejus cruore respersus. Plurimum
 cruoris fluebat ex vulnere, quod ictus
 pugione prope inguen receperat, cumque
 pronum in terra semi nudum, & semi mor-
 tuum raptarent, cœnum & pulvis plagæ
 adhærens sanguinis fluxum cohibuit.
 Tandem Donatistis recedentibus Catho-
 lici exanime, ut credebant, corpus can-
 nentes Psalmos asportant. Redeunt Do-
 natistæ furiose indignantes, corpus Ca-
 tholicis, quos facile, quia ipsi numero su-
 periores, fugant, & verberibus mulctant,
 eripiunt, multis ictibus fodiunt, & occi-
 sum putantes noctu ex alta turri præci-
 pitant. Cecidit in subjectum simetum,
 jam

Sæculum V. jam in pulveres redactum, ubi animi
A. C. 406. pos, & cum morte luctans jacuit. pauper illic transiens, cum alvi nece-
 tas eum subsistere coegisset, subito o-
 poris humani aspectu exhorruit; uxorem, lucernam habentem, que pro-
 pter honestatem aliquot passus abest. Tum cognoscit jacentem Episcopum
 uxore operam jungente in domum suam
 detulit; siue eum Misericordia, siue
 celli spes moverit, volens eum Catholicum
 vel vivum vel mortuum reddere.

Maximianus hoc modo morti ereptus
 & cura diligenter adhibita sanatus in
 liam, & Honorii Imperatoris Aulam
 latus est, ubi Servum Tuburiscanum
 venit, & quosdam alios, paria facta
 a Donatistis passos. Hic sine vitæ pe-
 culo ad suos redire non licebat. Pro-
 mis Maximiani fors omnes movebat
 quippe occisus credebatur, & profecto
 cicatrices immanes, quas in corpore
 rebat, demonstrabant, non sine causa
 tuis fuisse annumeratum. Hujus rei
 ma mare transvolaverat, omnesque
 cum cellionum, & Donatistarum crudeli-
 tati non sine horrore indignabantur.

§. VIII.

Leges contra Donatistas late.

L. 38. Cod. Th. de Har. Itaque Imperator Honorius Edictum de-
 tum Ravennæ, quam urbem in Sedem
 Regiam

Regiam elegerat, pridie Idus Febr. Stili-
cone, & Anthemio Consulibus, id est, duo-
decima Febr. an. 405. promulgari jussit
in hunc modum: *Ultra jam non audian-
tur nomina Manichæorum, & Donatista-
rum, quos hodieque furere ad nos delatum
est. Una ubique sit Religio nempe Catho-
lica. (*) Si quis Cæremomias prohibitas
adbibeat, pœnas Legibus præcedentibus, &
Lege nuper a Nobis lata statutas non effu-
giet. Si populus turmatim alicubi con-
venerit, Seditiois Auctor gravius punie-
tur. Hoc Edictum Lex Concordiæ ap-
pellatum, quod ad omnes Populos in Ca-
tholica Religione uniendos tenderet. (**)
Eadem die editum est Rescriptum proli-
xum, directum ad Adrianum Præfectum
Prætorio Italiæ, cujus Jurisdictio in Afri-
cam extendebatur. In eo prohibebatur,*
ne

Sæculum V.
A. C. 406.

L. 4. Cod.
Theod. de
sanct. Bapt.
iter. L. 5.
eod.

(*) Hic Protestans Loco vocis: *Catholique*,
posuit: *die rechtgläubige Kirche*. forte, ut argu-
mentum eluderet, solam Catholicam semper fuisse
orthodoxam. pag. 107.

(*) Ecce! iterum Protestans eadem pag. cum
ponere debuisset: *ad uniendos in Religione Ca-
tholica omnes populos*, pro voce Catholica po-
suit: *zu einer Religion*. quantum lectores hujus
versionis etiam Protestantes decipiuntur! Sed
Bonum! quod nemo ignoret, solas illas Eccle-
sias, quæ cum Romana communicabant, per XV.
Sæcula dictas fuisse Catholicas & Orthodoxas.

Sæculum V.
A.C. 406.

L. I. Cod.
Th. de Relig.

Aug. ad Bonif. ep. 185.
al. 50. c. 7.
n. 25. ep. 93.
ad Vincent. al. 48. c. 5.
n. 18. c. 13.
n. 12.

Donatistæ.

ne quis hominem rebaptizaret, adjecta pœna, ut rebaptizantium Bona, & locus, in quo id Sacrilegii fuisset admissum, Fisco addicerentur, Judices, qui hanc gem hanc exequi neglexissent, viginti librarum auri mulctam pendere cogentur. Paulo post hæc, scilicet quinta Martii ejusdem anni dato speciatim Rescriptum ad Diotimum Africæ Proconsulem, quod est, in sua Provincia Edictum Concilii 12. Febr. datum promulgare.

Ergo Legatis Concilii Carthaginensis in Aula Imperatoris Honorii advenientibus, cum res ita se haberet, nihil erant quod ultra peterent. His Legibus Africam delatis multi Donatistæ ad sinum Matris Ecclesiæ redierunt, illi præcipue qui jam diu Catholici esse cupiebant, & opportunam quærebant occasionem, quæ furiosorum quorundam manus, & Procerum iniquorum iram effugerent. Alios ingressu veræ Ecclesiæ deterrebant calumniam, quibus audiendis adsueverant, & de quorum veritate vel falsitate quædam

(*) Similibus mendaciis, & calumniis, & nos honorem, soli Deo debitum, Creaturæ exhibere, aut multa docere, quibus Sacra Scriptura refragatur, multa millia innocentium animarum inter Protestantes, qui in veritatem non inquirunt, vel inquirere non possunt, seducuntur, & a vera Religione avertuntur.

diu vixissent, nunquam fuissent solliciti, nisi intentata a Legibus poenae inquirere coegissent. Multi in errore permanebant Patrum suorum errore seducti, & nunquam Hæresis suæ originem scrutati fuerant, ubi vero hæc serio pependere cœperunt, cum in sua Religione nihil invenirent dignum, cur tantas poenas sustinerent, facillime adducti sunt, ut Catholici fierent. Istorum Auctoritatem & exemplum multi alii secuti sunt, quibus ob ruditatem facultas non erat iudicandi, an Donatistarum vel Catholicorum causa melior esset. Igitur populis turmatim ad Matrem Ecclesiam revertentibus, quos summa lætitia recipiebat, tantum pervicacissimi in errore perseverarunt, atque etiam ex his aliqui, cum primo sensum suum dissimulantes Catholicorum Communionem fuissent amplexi, deinde ipsa Orthodoxorum consuetudine, & percepta Doctrina conversi sunt.

Sæculum V.
A.C. 406.

c. 3.

Interim eodem anno 405. decimo Kalendarum Sept. id est, 23. Aug. Concilium Carthagine celebratum, in quo decretum, ut datis epistolis omnes Iudices Provinciarum Africae rogarentur, ea quæ in Edicto Reconciliationis jubebantur, executioni mandare, quod in sola urbe Carthaginensi factum fuerat, atque ut duo Clerici Ecclesiae Carthaginensis ad Regiam

Cod. Can.
n. 94.

Sæculum V. Regiam cum Episcoporum Litteris m-
A.C. 406. terentur, qui totius Africae Nomine Ce-
 tias Imperatori agerent, quod Donatistis
 extirpasset. In hoc etiam Concilio re-
 tatae sunt epistolae S. Innocentii Pa-
 pae quibus monebat, ne Episcopi levibus
 causis mare trajicerent. Id ipsum de-
 cretum a Concilio sub finem ejusdem sae-

L. 39. Cod. 405. seu octava Dec. praecipitur.
Theod. de derum aliud Rescriptum Imperatoris
Hæret.; Diotimum Africae Proconsulem datum

quo poenas in Donatistas decretas excep-
 jubebatur; idque Legationis a Concilio
 illius anni missae effectus fuisse creditur.
 Brevi post hæc tempore S. Augustinus
 scripsit contra Donatistam Laicum Gram-
 maticum, cui nomen Cresconius; is enim
 in librum S. Augustini contra initium
 epistolae Petiliani incidisset, Responsum
 proferat, ad ipsum S. Augustinum datus
 etum. S. Augustinus editis tribus Libris
 respondit, tumque advertens, solum de-
 gumentum ab eorum Schismate inter
 Maximianum, & Primianum petum om-
 nibus, quæ objiciebant, diluendis suffico-
 re, scripsit etiam Librum quartum. Pri-
 mo Eloquentiæ, & Dialecticæ usum con-
 tra Calumnias Cresconii tuetur, dice-
 tis, has Artes a Christianis non esse ab-
 hibendas. S. Augustinus probat Eloquen-
 tiæ, & Dialecticæ vim illis, qui verita-
 tem defendunt, non esse pertimescenda-

dam. Licitum esse, illos, qui falluntur, Sæculum V.
A.C. 406.
arguere, imo & aggredi, & vehementer
increpare, prout Charitas postulaverit.
Hæc Apostolorum & ipsius Jesu Christi
exemplis firmat.

§. IX.

*Arsacii obitus. Atticus Episcopus
Constantinopolitanus.*

Arsacius Senex non ultra sexdecim Men- Pall. p. 94.
ses Sedem Constantinopolitanam te-
nuit, atque exacto vitæ anno octogesi-
mo primo undecima Nov. Stilicone & Socr. VI.
c. 20.
Anthemio Consulibus nempe anno 405.
e vivis abiit. Sedes Defuncti aliquam- Sup. XXI.
§. 39.
diu propter eam ambientium artes vacavit.
Tandem anno sequenti 406. Arca-
dio sexto & Anicio Probo Consulibus, Soz. VII.
c. 27.
quarto post Arsacii obitum Mense, id est,
circa decimam Martii Atticus Presbyter
Episcopus electus est. Is Sebeste in Ar-
menia natus, juvenis vitam Monasticam
duxerat, habueratque Magistros Eustathii
Sebasteni Discipulos, qui Hæresin Mace-
donianorum sequebantur, cum autem ad
virilem pervenisset ætatem ad Ecclesiam
Catholicam rediit. Non multæ litteræ,
sed maturi judicii vis eum commenda-
bat. Rebus gerendis erat aptissimus, si-
ve quid occulte machinari, sive fortuna
cœptis adversante pedem retrahere vel-
Hist. Eccles. Tom. V. D d let.

Sæculum V. let. Suavi agendi modo plurimos
A. C. 406. conciliavit amicos, nam lenissima inter
 familiares consuetudine, omnium aliorum
 ingenio commodum se præbebat. Mediocris erat de ejus Eloquentia opinio
 & quando dicebat ad populum, non erant
 qui stilo sermonem notarent. Quamvis
 Scientiarum ignarus haberetur, tamen
 ubi vacabat, optimos Scriptores profane
 legebat, & de iis tam apposite suum esse
 cebat judicium, ut doctissimi mirarentur.

Atticus præ cæteris omnibus factio
 Auctor fuerat, S. Joannem Chrysostrum
Pall. p. 95. Sede sua dejiciendum. Itaque decessit
 nec Orientis Episcopos, nec populum
 Constantinopolitanum secum communi-
 care velle, ab Imperatore obtinuit
 scripta, quibus communicare cogere.
 In Rescripto ad Episcopos pertinens
 præcipiebatur: *Si quis Episcoporum cum
 Theophilo, Porphyrio, & Attico commu-
 nicare detrectet, Ecclesia ejiciatur, &
 Bonis suis privetur.* Illi, quibus Divitiæ
 affluebant, iisque cor apposuerant, etiam
 inviti cum Attico communicarunt. Per-
 peres & in Fide infirmi, auro se corrup-
 passi sunt. Non defuere tamen, qui bo-
 nis, Patria, commodis terrenis omnibus
 generose contemptis, ut Persecutionem
p. 96. declinarent, fuga se subducerent. Alii
 Romam iverunt, alii ad Mentis aut in
 Monasteria se receperunt. Edicta contra
 Laicos

Laicos imperabant; Illos, qui Dignitate aliqua potirentur, ea exuendos esse, Ministros, aut Duces militares officio privandos, reliquos de plebe, & opifices ad pendendam gravem multam damnandos, & proscribendos. His minis non obstantibus populus S. Joanni Chryso-
Sæculum V.
A.C. 406.

§. X.

Legati ex Occidente male habentur.

Interim Papæ, & Episcoporum Italiae, Legati in itinere Constantinopolim constituti Thessalonicam divertere volebant, quippe Epistolas Anyfio Episcopo reddendas habebant. Is cum cæteris Episcopis Macedoniae zelosissime bonæ
Sup. p. 3.
Pall. p. 31.
Ep. 26. al. 162. ad Anyf. Ep. 27. al. 163. ad Anyf.

Causæ favebat, ut ex Epistolis S. Chry-
 somi discimus. Verum cum præter Græ-
 ciæ littora vehuntur, Athenas appulsuri,
 a Tribuno Militum correpti, traduntur
 in manus Centurionis, Thessalonicæ ap-
 propinquare prohibentur, & duas naves
 conscendere compelluntur. Valido vento
 a Meridie exorto intra triduum Mare
 Ægeum, & Hellesponti freta trajiciunt,
 nemine cibum porrigente. Die tertia,
 hora duodecima nempe sub crepusculum
 in urbis Constantinopolitanæ conspectum
 ad Victoris domum, quam ruri habebat,

p. 32.

D d 2 perve-

Sæculum V. perveniunt. Ibi a Portus Custodibus
A. C. 406. detenti, & viam relegere coacti, nesci
 quo jubente id fieret. Tum in Arce
 maritima Thraciæ, quæ Athyra dicebat
 tur, inclusi. In eo loco pessimi habitus
 Romani in cubiculum unum, Cyriaci
 & cæteri Græci in alia separatim missi
 ne unus quidem Servulus Episcopis
 obsequia necessaria relictus.

Epistolas, quas ferebant, reddere justè
 responderunt: *quomodo, Legati cum
 mus, in alterius quam in Imperatoris no-
 nus Epistolas Imperatoris Fratris ejus
 Episcoporum reddere possumus?* Has
 tur, quamvis Notarius Patricius, & ca-
 inde quidam alii instarent, non dederunt.
 Tandem adest Tribunus, cui nomen
 lerianus, Patria Cappadox, qui Episcopo
 Mariano epistolas tanta vi e manibus
 torisit, ut ejus pollicem fregerit, nempe
 epistolas Imperatoris Honorii, Sigilla
 munitas, aliasque. Altera die venerunt
 vel ab Aula, vel ab Attico missi, id enim
 rescire non potuerunt, qui Episcopis
 Nummorum argenteorum tria millia of-
 ferebant, rogabantque, ut cum Attico
 communicarent, & de Joannis Causa li-
 lerent. At inexpugnabilis fuit virorum
 constantia, idque solum orabant Coelette
 Numen, ut, si ad Pacem reducendam ni-
 hil possent efficere, saltem ad Ecclesias
 suas securis remeare liceret. Hoc ipsum
 Deus

Deus variis ostentis ipsis revelaverat, at-
 que inter alios Paulo Episcopi Emilii Dia-
 cono, viro mitissimo, & prudentissimo; ei
 enim, cum adhuc navi veheretur, con-
 spicius factus est S. Apostolus Paulus,
 dicens: *videte, quomodo caute ambuletis,*
non quasi insipientes, sed ut sapientes, sunt
enim dies mali. Idem Valerianus venit,
 captivos, ex Arce Athyrana properato
 egredi iussos, navigio infirmo cum viginti
 militibus ex diversis cohortibus delectis
 imponit. Imo ferunt, navis gubernato-
 rem ab ipso pecunia corruptum, ut hos
 vectores in profundum pelagi demerge-
 ret. Multa stadia provecti, cum jam jam
 carina solveretur, Lapsacum appulsi sunt.
 Ibi in aliud navigium recepti, exinde die
 vigesima in portum Calabriae Hydrunti-
 num invehuntur, ignari, ubi terrarum S.
 Chrysostomus esset, aut quid Cyriaco,
 aliisque Episcopis Orientalibus, qui ex
 Italia in Orientem profectionis socii fue-
 rant, factum.

Sæculum V.
 A. C. 406.

Eph. 5, 15.

p. 34.

§. XI.

Episcoporum Orientalium ærumnæ.

Fama ferebat, cæteros ex Oriente Epis-
 copos vivos in maris undas fuisse pro-
 jectos; postea rescitum in barbaras Re-
 giones deportatos, ubi a mancipiis pu-
 blicis custodiebantur. Cyriacus Emese-
 nus Palmyram Arcem Persiæ octoginta
 millia-

Pall. p. 194.

D d 3

Sæculum V. milliaria ultra Emesum positam missa
 A.C. 406. Eulysius Bostrensis in Arabia in Arce-

trium dierum itinere remotiorem, quam
 Mispas dicebatur, Saracenis proxima
 migrare iussus. Palladius Syenem, Bles-
 myorum, seu Æthiopum, Patriæ vicinam
 Demetrius in Oasin prope Mazicam
 legati. Milites Prætoriani istorum Episcoporum
 p. 198. Duces ablatas iisdem pecuniis
 quas in itinere necessariæ sustentationi
 impendendas domo attulerant, inter se
 partiti, macilentis a sinis impositos duorum
 dierum iter uno conficere cogebant. Ad
 diversa sero venientes, rursus antequam
 quam illucesceret, profectionem urgebant;
 hinc paucissimos etiam cibos, quos
 Episcopi capiebant, stomachus retine-
 re non valebat. Præterea militari infirmitate
 verbis obscœnis graves erant Prætorianis
 libus. Palladii famulum abegerunt, ipsumque
 Episcopum coegerunt, ut supellectilem scripto-
 riam projiceret. Ad Ecclesias divertere non
 sinebant, sed vel cauponas prostibulis plenas,
 vel Samaritanorum, Judæorumve Synagogas
 in Hospitium sibi deligebant. Cum hæc
 molestissime acciderent, dixit Episcoporum
 aliquis: *Quid vero de his Diversoriis
 conquerimur? cum nostro arbitrio non
 intremus, nec omnino hanc rem, quæ
 non deceat, evitare possimus? an non
 intelligitis, Dei Gloriam in his, quæ pati-*
 mur

p. 200.

Sæculum V. A.C. 406. tia clarissimus. Serapion inter Discipulos S. Chrysofomi fide in Magistrum pro-

Sup. XXI. S. 21. Chryf. ep. 13. al. 14. ad Olymp. Pall. p. 195. cipuus, ab ipso Episcopus Heracleensis in Thracia ordinatus, diu in quodam Monasterio Gothorum, id forte Monasterio Promoti Constantinopoli fuerit, delit-

Schismatici rat; is mille calumniis oneratus, contra Orthodoxos Judicibus protractus, virgis cæsus, et persequuntur.

ciatus, & dentibus excussis in Patriam suam, quæ erat Ægyptus, proscribitur. Senex aliquis, cui nomen Hilarius, quæ ab annis octodecim pane non vesceretur, fustibus verberatus non quidem iubeatur Judice, sed furentibus Clericis, ad extremas Ponti oras relegatus. Brisson Pædii frater, Ecclesia sua sponte relicta, agrum, quem possidebat, se recepit, et que illo tempore, quo Palladius edito Dialogo istam Persecutionem litteris mandabat, suis manibus arabat. Elpidius Episcopus Laodicensis in Syria & Petrus in superiore cujusdam domus cubiculo se absconderant; orationi vacabant, & jam tunc anni tres effluxerant, ex quo per domesticam scalam non descendissent.

p. 196. Heraclides Episcopus Ephesinus ab annis quatuor Nicomediæ in vinculis detinebatur. Silvanus Episcopus Troade detinebatur, piscando panem lucrans. De quibusdam aliis, quid ipsis actum fuisset, nemo sciebat. Aliqui cum Attico communicarunt, & ad Ecclesias Thraciæ translati sunt. Quod

Quod ad Presbyteros spectat, alii in Sæculum V.
 Arabiam, alii in Palæstinam relegati sunt, A.C. 406.
 Tygrius Confessor in Mesopotamiam. Sup. XXI.
 Philippus in Ponto, loco exilii sui brevi S. 35.
 postea extinctus est. Theophilus in
 Paphlagonia erat. Joannes Ethrii filius
 Cæsareæ Monasterium condidit. Step-
 hanum, quem Satellites in Arabiam dedu-
 cebant, Isauri Custodum suorum mani-
 bus ereptum, in monte Tauro Libertati
 restituerunt. Salustius in Cretam dela-
 tus fuerat. Philippus Monachus & Pres-
 byter scholis præerat in Campania. So-
 phronius Diaconus in Thebaide captivus
 gemebat. Paulum Diaconum Oeconomi
 Adjutorem Africa habebat. Alius Pau-
 lus Diaconus Anastasiæ* versabatur Jero-
 solymis. Helladius Presbyter Palatii in ^{nempe Ec-}
 modicum, cujus Dominus erat, præ-
 cedium in Bithynia confugerat. Alii Con-
 stantinopoli latebant, alii in Patriam re-
 dierant. Stephanus Monachus, qui lit-
 teras Romam detulerat, ideo Constanti-
 nopoli captus, verberibus affectus, & de-
 cem mensibus in carcere inclusus. Tum Pall. 197.
 invitatur, ut Attici Communionem am-
 plecteretur, cumque id constanter abnue-
 ret, unguibus latera ejus, & pectus lace-
 rata; sed sanatus, post Menses decem
 Pelusium in exilium mittitur. Aliquis
 militum, qui in cohortibus Principis la-
 teri adfuetis merebatur, cum fuisset de-
 latus,

Dd 5

latus,

Sæculum V. latus, quod S. Chrysoſtomum amaret, & in
A.C. 406. ſtibus cæditur, crudeliter laniatur, & in
 tram Arabiae proſcribitur.

§. XII.

Epistolæ S. Chrysoſtomi Romanæ datae.

- Ep. 40. al.* Postquam S. Joannes Chrysoſtomus
 182. loco exilii ſui percepisset, quæ in Occi-
 dente acta fuissent, & quantum Papa
Ep. 224. al. aliique Episcopi ipsius causa adlabore-
 155. rent, multas ad eos dedit Epistolas, ut
Ep. 54. al. Gratias ageret. Speciatim scripsit Ve-
 149. nerio Mediolanensi, Chromatio Aquile-
Ep. 50. al. jensi, S. Gaudentio Brixienti, Aurelio Co-
 184. thaginensi, Hefychio Salonensi; gener-
Ep. 75. 76. tim vero Episcopis, qui ex Occidentem
Ep. 187. al. nerant, & Romanis Presbyteris. Diver-
 161. ſis ad eos scripsit temporibus, prout oc-
 casio Presbyteros illo profecturos offere-
 bat, qui Litteras deferrent. In iis Epi-
 stolis laudat charitatem Episcoporum, quæ
 ſui causa tam longam, & ærumnoſam pro-
 fectionem ſuſcepissent. Gratias dicit
 & hortatur, ut causam ſuam, quæ cum
 Bono totius Ecclesiæ eſſet connexa, ſer-
 vare defenderent. At S. Joannes minime
Ep. 91. al. mam ærumnarum, quas illi Episcopi ſere-
 87. *Eulog.* bant, ſciebat partem. Scripsit quoque
Ep. 126. al. Eulogio Cæsariensi, dicitque, cæteros
 88. *Joann.* omnes Palæſtinæ Episcopos ipsius ſequen-
ep. 95. al. 183. tes

tes vestigia Ecclesiæ Defensionem in se
 suscipere. Epistolam dedit ad Joannem ^{Sæculum V.}
 Jerosolymitanum, ^{A. C. 406.} & For-
 titudinem magnis laudibus extollit. Tan- ^{He/ych. Ep.}
 dem & alteram Epistolam ad S. Innocen- ^{123. Gr. al.}
 tium (*) Papam dedit, in qua memorat, ^{p. 623.}
 jam tertium sui exilii annum volvi, vi-
 delicet 406. Diuturnum silentium sicut
 & apud alios excusat locorum distantia,
 & impedimentis viarum, quas Isauri in-
 festarent. Subjungit, se hanc epistolam
 Joanni Presbytero, & Paulo Diacono fe-
 rendam tradere. In alia epistolæ parte
 gratias agit, & excitat, ut suæ causæ sem-
 per faveat, & minus secundo Successu
 non deterreatur. Rursus ad tres Matro-
 nas Romanas nobilissimas litteras dedit, ^{Ep. 125. al.}
 Probam, Julianam, & Italicam. Proba ^{169. ad Jul.}
 Faltonia erat Anicii Probi viri celeberrimi
 vidua, & Juliana nurus ejus, Olybrii ^{Sup. XIX.}
 vidua, & Demetriadis Mater. S. Chry- ^{s. 60. Ep.}
 sostomus Probæ Joannem Presbyterum, ^{188. al. 168.}
 &

(*) Protestans in sua versione vocem Sanctus
 omittit. Si quis Catholicus Protestantis cujus-
 dam libros verteret (nescio an illis aliquando id
 honoris, quod ipsi Catholicorum operibus sæpif-
 sime dant, sit obventurum) & v. g. mentio Lu-
 theri occurreret, deberet vertere: *der seelige*
Luther, der seelige Doctor, der theure Mann.
 si fideliter vellet vertere. Sed quid Interpreti
 nostro, & fidelitati?

Sæculum V. & Paulum Diaconum commendat. Es
 A.C. 406. dem etiam commendat Episcopis Co
Ep. 84. dentis, tanquam viros ubique perfec
 tionem patientes, & nullibi terrarum
Ep. 124. curos. In epistola ad Italicam dicitur
 cere, ut faminae æque ac viri pro De
 Ecclesiae causa decertent.

S. Chrysostomus ex Arce Arabilla
Ep. 16. al. 4. ad S. Olympiadem etiam scripsit, quod
 vere anni 406. factum fuisse, conjicitur
 est. *Ne te, inquit, hyemis rigor, stum
 chi mei infirmitas, aut Isaurorum pericu
 la sollicitam torqueant! habuimus hoc
 hyemem, qualis in Armenia esse solet,
 debet; sed mihi parum nocuit, quia
 eorum, quæ ad arcendum frigus apta
 omisi. Ignem nunquam non alevam
 nes rimas cubiculi obstruxi, tegebar
 bus calorem foventibus, & domo nunquam
 egressus sum. Incommoda mihi sunt
 equidem, sed fero libenter, ut valetudinem
 consulam, dum enim intra limina me
 tineo, non multum lædor, si autem exire
 necesse est, & aeris frigidi rigorem susti
 nere, non modice affligor. Et inferias
 ne nimium doleas, quod hic tempus hyemem
 transigere cogar, nam longe melius habeo
 quam anno præterito. Tu quoque valeas
 si tibi valetudinis tuæ major cura fuerit.
 In his longius excurrit, & ostendit, quan
 ti æstimare sanitatis Bonum quemque
 oporteat, tum subjungit: *si mea abjectio**

tia te affligit, brevi finem spera. Nec
 istud dico, ut tibi quaecunque solatium
 suggeram, sed certe scio, ita futurum, alias
 enim jam diu tot malis succubuissem. In-
 terea in tam debili corpore ea fruor valedi-
 tudine, ut & ipsi Armeni mirentur. Nec
 tempestas perfrigida, nec solitudo, nec an-
 nonæ inopia, aut familiarium absentia,
 nec Medicorum ignorantia, nec balnei,
 quo frequentissime uti solebam, privatio,
 nec fastidium cubiculi, in quo semper ve-
 lut in carcere hærendum, nec defectus cor-
 poris motus, cui adsueveram, nec ignis, &
 fumi continua molestia, nec quod semper
 hostis vel adsit, vel venturus timeatur, hæc
 omnia, inquam, huc usque prosternere me
 non potuere, sed quia valetudinem meam
 curo diligenter, melius quam Constantino-
 poli habeo.

§. XIII.

S. Chrysoptomi obitus.

Cum ad Inimicos S. Chrysoptomi fama
 deferret, quanta obsequia Ecclesiæ
 præstaret, illius Regionis Infideles con-
 vertendo, & quantis Encomiis S. viri vir-
 tutes Antiochiæ celebrarentur, eum in
 remotissimum exilii locum mittere sta-
 tuerunt. Nempe a Severiano Gabalensi,
 Porphyrio Antiocheno & quibusdam aliis
 Syriæ Episcopis S. Chrysoptomus etiam
 Exul timebatur, quamvis ipsi opimis Ec-
 clesiæ

Sæculum V.
 A.C. 406.

Pall. p. 97.

p. 98.

Sæculum V.

A.C. 407.

clesiæ Reditibus potirentur, & Sæ-
 potestatem sibi haberent obnoxiam.
 tis igitur ad Aulam Cæsaream Episcopus
 ab Imperatore Arcadio Rescriptum con-
 nuerunt priore pejus, ut Pytiuntam
 cum desertum in Regione Tzanen-
 & Ponti Euxini littore situm, celeriter
 deportaretur. Diuturna fuit Professio
 & post trimestre necdum viæ terminum
 attigerat, quamvis duo Milites Præfecti
 Præfecti, qui virum Sanctum custodi-
 bant, vehementissime instarent, ut mor-
 peraret, dicentes, id se in mandatis ha-
 bere. Unus eorum minus crudelis
 ei obsequiosum quasi clanculo exhibebat,
 alterius vero immanis erat ferocitas
 quippe sibi blandientibus & munuscu-
 bus, ut S. Episcopo parceret, irascebatur.
 Ipso urgente S. Joannes per imbres ma-
 ximos hospitio exire, & in viam se con-
 cogebatur, ita ut incidentes pluvie
 que ad corpus penetrarent. Dum sudans
 erat Cælum, miles Solis ardores tribu-
 bat, etsi sciret, S. virum, cui calvum erat
 caput, inde multum vexari. Ne quidem
 brevissimo temporis intervallo eum mor-
 rari sinebat in urbibus, aut oppidis, ubi
 erant balnea, eam Episcopo refocillatio-
 nem invidens.

Ubi prope urbem Comanam fuerat
 intrare per militem non licuit, sed dire-
 tendum fuit in Ecclesia quinque sexve.
 liaria

liaria ab urbe distante, & S. Basilisco Epis-
 copo Comano, qui Martyrii Coronam
 Nicomediae sub Maximino Daja unacum
 S. Luciano Antiocheno acceperat, dedi-
 cata. Cum itaque in aedibus ad illam
 Ecclesiam pertinentibus hospitarentur, S.
 Basiliscus noctu S. Chrystomo conspi-
 cium se dedit, dicens: *bono animo sis,*
Frater mi Joannes! crastina dies nos con-
junget. Ferebant etiam, S. Basiliscum illius
 Ecclesiae Presbytero id ipsum praedixisse
 in haec verba: *Fratrī meo Joanni locum*
pava, quia appropinquat. S. Chrystomo-
 mus huic Revelationi fidem habuit, &
 altera die Prætorianos rogavit, ut ibi us-
 que ad horam quintam, id est, undeci-
 mam matutinam manerent; sed impe-
 trare non potuit. Ergo itineri se dant;
 at postquam triginta ferme stadia, seu
 Leucam unam, & dimidiam processissent,
 cum S. Viri vires penitus deficerent, ad
 illam Ecclesiam, unde exierant, redeun-
 dum fuit. Illo delatus depositis vesti-
 bus alias albas, etiamque alba calceamen-
 ta induit, eratque adhucdum jejunus.
 Pauca, quæ ipsi supererant, inter adstan-
 tes distribuit, tum Sacrorum Symbolo-
 rum Domini Nostri Communione, id est,
 Eucharistia accepta, coram omnibus ul-
 timas preces fudit, & illa verba, quæ ipsi
 erant familiaria, subjunxit: *Deus laude-*
tur in omnibus; ultimus ipse respondit:
Amen!

Sæculum V.
 A.C. 407.

Sup. IX.
 §. 38.

S. Chrystomo-
 mus moritur.
 p. 100.

p. 101.

Sæculum V. *Amen!* pedes deinde extendit, & *et*
 A. C. 407. *et* mam exhalavit. Cum Defuncti exequi

actæ sunt, tanta multitudo Virginum,
 Monachorum ex Syria, Cilicia, Pontus,
 Armenia confluit, ut condixisse videretur.

Soz. VIII. tur. Festum diem celebrarunt eo m

c. ult.

Socr. VI. quo Martyribus honor haberi solebat.

c. 21.

S. Chrysofomi Corpus penes S. Basilii
 Reliquias in eadem Ecclesia sepultum.

Dies qua obiit, & tumultus est, se

v. Vales. decima quarta Sept. seu decimo quinq

Kalendas Octobr. Honorio septimo,

Theodosio secundo Consulibus, nemp

anno 407. annos vitæ numerabat fere

Sup. XX. sexaginta; Ecclesiam Constantinopolita

s. 15.

Lib. XIX. nam annos sex usque ad tempus E

41.

fui, & universim annos novem, & m

ses octo rexerat. Discordiam & m

Pall. p. 215. mors ejus non composuit, sed quam

Orientalis S. Chrysofomi memoriae

nam non reddiderunt, Ecclesia Romana

quam totus Occidens sequebatur, dimo

veri non potuit a proposito non commu

nicandi cum Orientalibus, præsertim

† vide Num. cum Theophilo Alexandrino, † donec

XLVI. hujus Concilium aliquod Oecumenicum Eccle-

Libri. siæ malis mederetur. (*)

S. XIV.

(*) Hic in Nota adjecta dicit Protestans: daß
 mit seiner Verfolgung die grosse Spaltung
 zwischen

§. XIV.

Sæculum V.
A.C. 407.

Concilium Carthaginense.

Id ipsum causa fuisse videtur conditi Canonis in Concilio Generali Africae, c. 101. Carthagine eodem anno 407. 16. Junii celebrato, in quo ad S. Innocentium Papam scribere decreverunt, ut inter Ecclesiam Romanam, & Ecclesiam Alexandrinam Pax reduceretur. (*) Aurelius huic Concilio præerat; in eo ante alia statim Decretum Concilii Hipponensis abrogatum, verisimiliter illius, quod anno 393. congregatum, & in quo statutum fuerat, singulis annis Concilium Generale Africae convocare. In isto Concilio

zwischen der Morgen- und Abendländischen Kirche vorgegangen, die auch nicht wieder geheylet worden. Non attendit Protestans hoc ipso in loco Fleurium dicere, Romanam Ecclesiam & totum Occidentem tamdiu perseverasse in proposito, cum Episcopis Orientis non communicandi, donec S. Joannis Chryostomi Memoriae honorem restituisent; id vero factum, ut inferius videbimus Lib. XXIII, §. XXVII. dum Atticus, Episcopus Constantinopolitanus S. Joannis Nomen Dypticis inseruit. Plura alia posteriora Communionis signa inter Ecclesiam Romanam, & Constantinopolitanam occurrent.

(*) Argumentum Auctoritatis Pontificiæ in Ecclesias transmarinas.

Hist. Eccles. Tom. V. Ee

Sæculum V. A. C. 407. lio decreverunt, ut Concilium Generale, ne Episcopi sine utilitate fatigaretur, tunc solum convocaretur, quando id communis Causæ totius Africae deposceret, & in illo loco, ubi magis expedire videretur. Cæteræ Causæ in Provinciis, ubi natæ essent, judicantur. De Appellationibus statutum, Appellans, altera Parte consentiente, iudices deligeret, a quibus ulterius appellare non liceret. (*) Si quis ab Imperatore Judices Laicos sibi deposceret, Dignitate sua privetur; illud vero non prohibetur, si quis ab Imperatore peteret, ut ab Episcopis judicaretur.

c. 104.

c. 97.

Vincentius, & Fortunatus a Concilio ad Imperatorem delegati. His mandatum, ut Nomine omnium Provinciarum Africae Defensores ex ordine Scholasticorum, id est, Causidicorum, qui in hac Arte essent exercitati, sibi dari peterent.

(*) Hic bene notat Anonymus I. his Fleuri verbis verum Canonis sensum non reddi, cuius verba ita sonant: a Judicibus autem, quos communis consensus elegerit, non liceat provocari. *Quandoque bonus dormitat Homerus.* Dicitur etiam hic idem Anonymus, aliquos Canones hic a Fleurio citari, ac si ejusdem Concilii essent, interim vero ex citationibus in margine illarum Collectionum a se deprehendi, in diversis Conciliis fuisse conditos, atque non nullos Concilio Milevitano originem suam debere.

atque ut iisdem Judicum Conclavia in Sæculum V.
 gredi toties liceret, quoties causarum Ec- A. C. 407.
 clesix necessitas id postularet. Item de- c. 102.
 cretum, ut ab Imperatore peterent, Le- Concilium
 gem edi, ne post Divortium conjugibus Carthagi-
 alias nuptias inire liceret. Præceptum nense.
 etiam, ut, si quis ad Regiam ire vellet, c. 106.
 id in Litteris formatis, quas ad Ecclesiam
 Romanam directas acciperet, indicari
 peteret, ut Romæ alia ipsi daretur epi-
 stola, quam in Aula Cæsarea exhiberet. (*)
 Si cui, Romæ versanti, causa emergeret,
 ob quam ad Regiam proficisci necessa-
 rium esset, hanc Papæ indicaret, & ab eo

E e 2 litte-

(*) Hic in sua Nota dicit Protestans: Die
 Litteræ, oder epistolæ formatæ, waren ein
 wichtiges Stück von der alten Kirchenzucht,
 und ein frästiges Mittel, die Auctorität der
 Bischöffe zu befestigen, und die Gemeinden in
 der Ordnung zu erhalten. Bene! Hæc com-
 municatio inter Fideles, id est, Romano-Catholi-
 cos, in quatuor totius orbis partibus hodieque
 retinetur, nulla Christianorum Communitas, ubi-
 cunque terrarum habitet, pro Orthodoxa habe-
 tur, nisi Communionis cum Ecclesia Romana lit-
 teras exhibeat. Jam Protestantis nostri est osten-
 dere, quæ Communio sit Protestantibus in Hol-
 landia cum Transylvanis, vel Würtembergensi-
 bus in Suevia cum Suecis, nisi in hoc uno, quod
 omnes contra Fidem Romanam, quam S. Paulus
 laudavit, protestentur; at profecto hoc signum
 etiam cum omnibus non Catholicis commune
 habent!

Sæculum V. litteras acciperet. Scilicet illa tempo
A. C. 407. state Imperatores Occidentis ut plus
 mum Ravennæ, aut alibi, raro autem Ro
 mæ morabantur.

c. 98. Rursus decretum, ut novi Episcopi
 tus non nisi a Concilio Provinciali,
 Episcopi Diocesani consensu erigerentur.

c. 99. Conceditur Ecclesiis integris Donatistis
 rum, qui se converterunt, ut inconstanti
 Synodo Episcopos suos servent, nisi forte,
 te, ipsorum Episcopo mortuo, alteri Diocesi
 cesi jungi malint. Verumtamen illis
 lum Donatistis Sedes suas retinendi
 cultas datur, qui se ante promulgationem

c. 103. Concordiæ Edictum, id est, Legem
 Febr. anno 405. editam, convertentibus
 Ad Altare non aliæ Præfationes, nec
 preces dicantur, nisi tales, quas vinctissimi
 ctissimi collegerint, & Synodus ratas
 buerit.

§. XV.

Leges Honorii pro Ecclesia.

L. 18. Cod. Theod. de Episc. **H**onorius Imperator Ecclesiarum Africa
 cæ Legatis, quæ ad Defensores per
 tinentia petebant, concessit, id enim ex
 Lege ad Porphyrium Africa Proconsulem
 directa, & Romæ decimo septimo
 Kalendas Dec. cum Consulatum septimo
 gereret, & Theodosius secundo, seu 11.
 Nov. anno 407. data liquet. In ea con
 firmantur Privilegia, jam antea per Le
 ges

ges Ecclesiis, & Clericis concessa; præ-^{Sæculum V.}
cipitur, ut Gratia, quas Imperator ^{A. C. 407.}
Ecclesiis indulgeret, ad Judices deferan-
tur, & Causidicorum opera executioni ^{c. 106.}
dentur. Ab eodem Concilio Africae de-^{L. 41. C. Th.}
legatis iterum mandatum, ut contra Do-^{de Hær.}
natistas agerent; hinc Lex eadem, vel
alia, die eadem data, & ad eundem Por-
phyrium directa, præcipit, ut omnes Hæ-
retici, nominatim Donatistæ, & Mani-
chæi, qui bona fide resipiscerent, ab om-
nibus pœnis, quibus vi Legum subjice-
rentur, liberi essent. Donatistæ, & Ma-
nichæi hic præ aliis nominantur, quod
Sectæ istæ præ omnibus aliis in Africa
dominarentur. Octavo Kalendas Mar-
tii anno 407. seu 22. Febr. Honorius
aliam rursus Legem ediderat, ad Senato-
rem Prætorio Præfectum directam. Se-^{L. 40. l. Th.}
verissimæ pœnæ in Manichæos, & Pri-^{de Hær.}
scillianistas decernebantur; Bona eorum
universa Fisco adscribebantur, quamcun-
que Donationem accipere, vel facere
prohibebantur, etiam post eorum mor-
tem inquiri jubebatur, in eos quoque,
qui ipsorum Conventicula celassent, gra-
ves multæ statuebantur.

Eodem anno 407. 15. Nov. eadem die,
qua leges præcedentes, lata est lex ad
Curtium in Italia Prætorio Præfectum
directa, quæ jam prius edita contra Pa-
ganos confirmat. Templorum Reditus

Ee 3 auf

Sæculum V. aufferri jubentur; Idola, & Aræ dep-
 A. C. 407. ciantur, templa aliis Sacris destinantur.
 L. 19. Cod. Cæremoniæ profanæ tollantur. Hæ
 Theod. de Lex anno sequenti 408. quinta Junii
 Pag. v. Sirm. tiam Carthagine promulgata. Abbi
 App. C. Th. tamen quadriennio Honorius, cum sen
 Claud. de Consul effret, nempe anno 404. Genti
 sexto Consul. bus Ludos Sæculares celebrandi licen
 Prud. in tiam dederat, & Romæ etiam populæ
 Symm. lib. 2. Gladiatorum spectaculis adesse tolera
 bat.

Legem 15. Nov. anno 407. de
 ferendi ansam præbuit Radagaisus pro
 Oros. VII. fligatus. Is Paganus erat, gente Scythia
 c. 37. Marcel. qui anno superiore cum 20. millium Ge
 Chr. an. 406. thorum exercitū Italiam ingressus, Ro
 mam capturus videbatur. Tum
 Gentiles concurrere, & magna audacia
 jactare; hostem advenisse, cui Dii po
 gnarent, jam urbem Romam suo inter
 tu deserti Deorum cultus pœnas daturam.
 Questibus omnia implentes, Sacrificiis
 reduci postulabant. Tota Civitate
 diebatur fremitus blasphemantium JEsu
 Christi nomen, tanquam funestam præ
 sentis calamitatis causam. Interim Hun
 norum Gothorumque copiæ adventan
 tes Romanis salutem fuere, dispersus Rada
 gaisi exercitus, pars maxima in Apen
 ni angustiis periit. Ipse Ductor Rada
 gaisus captus, occisusque. Christiani
 hanc

Aug. V. Civi.
 c. 23. Serm.
 105. al. 29. de
 Verb. Dom.
 c. 10.

hanc Victoriam manifestæ Numinis Tu-
 telæ in acceptis retulerunt. Sæculum V.
 A. C. 408.

Non minus in ferali Comitibus Stili-
 conis exitu Christiani agnoscebant Vin-
 dicis Dei manum.

Stilico, cujus in Occidente sub Hono-
 rio, segniter imperante, immensa erat
 potentia, accusatus est, quod Barbaros,
 jam tum fines Imperii infestantes, ipse
 vocasset; præterea Regni cupiditate im-
 pulsum, velle filium suum Eucherium,
 dejecto Honorio Genero, ad Imperium
 evehere, dicebant; erat autem filius
 Gentilis, atque ut sibi Gentilium animos
 conciliaret, se, si Regno potiretur, tem-
 pla Deorum restauraturum, & Ecclesias
 Christianorum destructurum, polliceba-
 tur. Conjuratiōe detecta Stilico de-
 cimo Kalendas Sept. Basso, & Philippo
 Consulibus, id est, 23. Aug. anno 408.
 occisus est. Paulo post filius ad Patrem
 ire iussus.

*Oros. VII.
 c. 38. Zosim.
 l. 5. p. 81. &c.
 Marc. Chr.
 an. 408.*

§. XVI.

Barbari in Galliis.

Stiliconem suspectum fecerant Vandali,
 & Alani, qui jam ab anno 406. supe-
 rato Rheno in Gallias irrumpebant. His
 juncti Quadi, Sarmatæ, Gepidæ, Heruli,
 Saxones, & Alemanni, terras omnes,
 quas Rhenus, & Oceanus alluunt, atque

*Hist. persec.
 Vandal
 Hier. ad
 Ageruck.*

Sæculum V. hinc Alpibus inde Pyrenæis cinguntur a V
 A. C. 408. vastabant. Moguntia capta, & eveni Attri
 multa hominum millia in Ecclesia se
 cidata. Wormatia longo tempore dire
 fessa, cum deditioem fecisset, ab ho nus
 bus direpta. Rhemi, Ambianum, Attri pisc
 batum, Teruana, Tornacum, Spira, affe
 gentina seu Strasburgum in censum tur.
 vitatum Germanicarum transferunt. tinu
 quitania, Novempopulania, agri Luga tyri
 nensis, & Narbonensis, omnia, pa siod
 urbibus exceptis, in cineres redacti pisc
 ade

ad Heliod. Nempe in hunc modum de his S. Hiero
 nymus scribit, & præ omnibus aliis Epi
 bis Tolosæ ruinam dolet. Ingemit etiam
 fœminas nobiles, & Virgines Deo facti
 a Barbaris illusas, Episcopos vinculis
 tos, Presbyteros, & Clericos interfectos
 Ecclesias solo æquatas, equos Altaribus
 alligatos, Reliquias tumulis effossas. *Hi
 sce oculis vidi*, inquit Salvianus Presby
 ter, *in urbibus jacere interemptorum
 triusque sexus corpora nuda a canibus
 & avibus admorsa, quorum pestilenti
 dore superstites inficiebantur.*

Mart. Rom. Cum hi Barbari adhucdum Idolis ser
 virent, multis Christianis Martyrii oc
 casio fuerunt. Ecclesia 14. Dec. hono
 rat S. Nicasium, Archiepiscopum Rhe
 mensem, atque Virginem Eutropiam so
 rorem ejus, Florentium Diaconum, &
 Jucundum Lectorem, sub Ecclesiæ porta
 a Van

*de gubern.
 lib. 6.*

*Mart. Rom.
 14. Dec.*

a Vandalis vita privatos. S. Diogenes Attrebatensis eodem tempore passus fuisse creditur. Sæculum V.
A. C. 408.

Urbs Trevirensis quater direpta, & ejusdem Episcopus Valentinus interfectus. Vesuntini Antidium Episcopum, quem a Vandalis Martyrio affectum credunt, 17ma Junii venerantur. Semontii in Burgundia SS. Florentinus, & Hilarius 27. Sept. honore Mart.

tyribus exhiberi solito coluntur. Antisiodori S. Fraternus eadem die, qua Episcopus consecratus, Martyrii Palmam adeptus est. Lingonenses S. Desiderium Episcopum, S. Valerium Archidiaconum ejus, & S. Prudentium invocant. Plures alii Martyres in diversis Galliarum locis celebrantur. Mart. Rom.
27. Sept.
Mart. Rom.
23. Maji.

Stilicone sublato, maxima Auctoritas fuit in Olympio, Viro Christiano, & zelosissimo, qui Magister Officiorum creatus est. Hunc S. Augustinus inter amicos numerabat, eique haud diu postea id exigente Ecclesiarum necessitate scripsit. ep. 27. al. 129.

Quippe Pagani, & Hæretici in Africa, comperta Stiliconis nece, dicebant, ipsum solum Auctorem fuisse illarum Legum, quæ contra ipsos emanaverant, nec eam rem ad Notitiam Imperatoris venisse. Ejusmodi sermonibus populus contra Catholicos excitabatur. Multi Episcopi in Italiam fuga se proripere coacti, & Cæsaris Tutelam implorare. Itaque S. Au-

n. 2.

E e 5 gusti-

Sæculum V.
A. C. 408.

ap. Dion.
exig. n. 206.

Ibid.

gustinus Olympium rogat, ut horum
piscoporum conatus adjuvet, & seditionem
in Africa motam comprimat. In
rim quam celerrime posset, illius
vinciæ incolis demonstraret, propensum
Ecclesiam animo Imperatorem esse.
piscopi illi, de quibus S. Augustinus mentionem
facit, Restitutus, & Florentinus
fuisse creduntur, a Concilio 13. Octobris
ejusdem anni 408. adversus Paganos
Hæreticos Carthagine celebrato delectati,
illo tempore, ut in excerptis Concilii
legitur, quo Severus, & Macarius presbiteri,
& Episcopi Evodius, Theasius, & Theodorus
propter ipsos pessime habitum fuerant.
Eodem anno decimo sexto Kalendas
Julii, id est, decima sexta Junii, Episcopi
Carthagine in Synodum conveniunt
in qua Fortunatianus delectus, ut Legationem
contra Paganos, & Hæreticos mitteret.
At conjicere est, quod audito Scythianorum
litionis interitu hominum istorum insolentia
crescens Episcopus coegerit post menses
quatuor rursus congregari, & Delegationes
mittere. Primæ Legationis causa
fama forte cædes Calamæ peracta delectati
derint.

§. XVII.

Seditio Calamensis.

Aug. ep. 91.
al. 202. ad
Nestor. n. 8.

Nunquam alias insolentius quam hoc
anno 408. Festa sua celebraverant
Page

Pagani Calamenses. Integræ saltantium Sæculum V.
cohortes per plateam ante Ecclesiæ fo- A. C. 408.
res tumultuose processerunt, quod ne
quidem Juliani Apostatæ temporibus fa-
ctum; cumque Clerici tantam licentiam
vellent reprimere, Gentiles lapidibus
injectis Ecclesiam infestarunt. Elapso
ferme octiduo, Episcopus misit, qui Le-
ges contra Idololatrias ultimo editas, et si
latis notæ essent, præsertim illam, quæ
24. Nov. anno 407. emanaverat, Civibus
indicarent, eamque exequi paravit; tunc *Sup. n. 15.*
iterum Ecclesia lapidibus impetita. Se-
quenti die Christiani a Judicibus petie-
runt, sibi Scripto dari, quid dicerent, ut
seditiosos metu pœnarum cohibere pos-
sent; sed nulla habita Justitiæ ratione
repulsi sunt. Eadem die de Cælo gran-
do cecidit, quam Dei ira ad perterren-
dos Gentiles immisisse videri poterat.
Ubi vero grando cessavit, tertia vice re-
deunt, Ecclesiam lapidibus verberant,
& tandem ignes subjiciunt. Christiano-
rum unum in via sibi occurrentem inter-
ficiunt. Fugerunt cœteri, aut quas po-
terant, latebras quæsierunt. Episcopus
ægre in cavum se abdidit, unde audiebat
clamores quærentium se, ut occiderent,
& indignantes, quod Episcopo vivo fru-
stra in alios sæviissent. Ab hora deci-
ma, id est, hora quarta pomeridiana us-
que in multum noctis tumultus duravit,
nemine

Sæculum V. nemine eorum, quibus in Civitate
 A. C. 408. blica erat Auctoritas, ad coercendos
 ditiosos quidquam movente.

S. Augustinus non diu post has
 Calamam venit, ut Christianos
 solaretur, & animos contineret, ne
 pararent. Ipsi Pagani S. Episcopum
 dere avebant, quos ille monebat,
 ipsis faciendum, ut se a præsentibus
 liberarent, imo & æternam salutem
 gitarent. Quia vero discutere timere
 non poterant, quemdam ex suis, cui
 men Nectarius, virum ætate venerabilem,
 lem, & litteris clarum, rogarunt, ut
 S. Augustinum scriberet. Is igitur

*Ap. Aug. ep.
 90. al. 201.*

ad S. Augustinum Epistola initio
 amore Patriæ permotum se, ut scriberet
 atque etiam scire, Episcoporum esse
 per hominibus benefacere. Hic
 mus testimonium omnino notatu dignum
 a Gentili. Rogat deinde, ut saltem
 noxios a reis separaret. Ceterum
 ne damnum reparandum promittit,
 nil aliud petens, quam ut a pœna eximerentur.

S. Augustini
 Epistolæ.

S. Augustinus respondens, amore
 quo ferebatur in Patriam, laudat. Tum
 docet, nullam Religionem Societati
 manæ magis favere, aut ad cujuscunque
 Civitatis utilitatem, & Gloriam
 conferre, quam Christianam, quæ frugem
 litatem, temperantiam, Fidem conjugat

Ep. 91.

n. 3.

lem, bonos mores præciperet; econtra Reipublicæ nihil nocentius esse morum pravitate, quam Idololatria foveret, & falforum Deorum firmarent exempla. Deinde ad Seditionem Calamensem transiens, fatetur, nihil magis ac lenitatem decere Episcopos. *Maxima cura conamur avertere, inquit, ne quis graviore rigore, non a nobis modo, sed etiam a quocunque alio nobis Auctoribus puniatur.* Affirmat autem, post istam Calamensium seditionem necessarium esse ut exemplum aliis statueretur. Nihilominus consentit, reis vitam esse concedendam, & incolumitatem, & sufficientiam, quibus ea conservetur, verum subtrahenda ipsis esse superflua, ne futuro etiam tempore similia possent flagitia admittere. Itaque tota tanti criminis poena ad id denique redigebatur, ut rei aliqua bonorum suorum parte privarentur. *Quod spectat ad damna, inquit, quæ Christiani passi sunt, hæc pœnarum peccatis suis debeat loco suscipiunt, aut ea ab aliorum Christianorum Charitate resarciuntur. Nihil nisi animas etiam vitæ nostræ periculo quærimus.* Exinde nihil litterarum per octo ferme menses Nectarius ad S. Augustinum dedit, quod forte speraret, fore, ut Stilicone perempto Res Paganorum restitueretur. Tandem novos conatus adhibuit, & rursus ad

Sæculum V.
A. C. 408.

n. 7.

n. 9.

*

- Sæculum V. ad S. Augustinum scribens, magnis
 A C. 408. bus Virum extollit, Conversionis
 Ap. Aug. ep. spem facit non nullam; at omnibus C
 103. al. 253. mæ Civibus factorum impunitatem
 cabatur. S. Augustini constantia ma
 ri non potuit, quin vellet, ut rei pe
 rentur. Simul autem, quam mite
 Ep. 104. n. 5. nium Ecclesiæ sit, demonstrat; Non
 timus, inquit, ut vita priventur, aut
 queantur, aut quamcunque pœnam
 poris subeant, nec ad eam paupertatem
 ditiosos cogimus, ut ipsis necessaria de
 sed cupimus eripere divitias, quæ
 peccandi occasio sunt; volumus, ut
 suis argenteis priventur, quoniam
 pulentia insolescunt, Christianorum
 fias succendunt, pauperum bæredem
 furenti plebi produnt, & sanguinem
 n. 6. centem fundunt. Et inferius: Id
 mibi saltem tribues, si petam, ut super
 exuantur illi, quibus vacat necessari
 stra incendere, & diripere. Id, inquam
 concede, ut inimicis nostris pro malis
 bis illatis Beneficium reddamus, a pecc
 trandis criminibus, quæ ipsis nocent, pro
 bibeamus, dum iisdem talia auferimus,
 quarum jactura non nocet. Ex ista Ep
 stola conjicere licet, Possidium Calam
 Episcopum, postquam Ecclesia ejus Ebu
 nicorum vim tulisset, iter in Italiam
 scepisse, haud dubie, ut se Legatis duc
 rum

rum Conciliorum anni 408. jungeret, Sæculum V.
A. C. 408.
& Justitiam peteret.

§. XVIII.

Leges Ecclesie faventes.

Legati ex Africa, quod petebant, ab Honorio obtinuerunt; id ex pluribus Legibus cognoscimus, sub finem anni 408. Basso, & Philippo Coss. datis, quibus Leges præcedentes contra Donatistas, Manichæos, Priscillianistas, Paganos, & Cæli Cultores confirmabantur, jubebantur executioni mandari, omnes Hæreticorum conventicula prohibebantur. Item prohibetur, ne Religionis Catholicæ hostes in Palatio Cæsareo aliquo munere ornarentur. Cæli Cultores, seu Cæli adoratores, quorum hic occurrit mentio, novam Hæresin profitebantur, quæ ex Judæorum Cæremoniis, & Gentilium superstitione credebatur compacta, saltem novum hujus Sectæ erat nomen. Baptismum sicut Donatistæ pervertebant. Hujus nominis Hæreticos præprimis in Africa reperire erat. Anno sequenti 409. Honorius edidit Constitutionem, ut Cæli Cultores iisdem pœnis, quibus Hæretici, & Apostatæ, subjicerentur. Judæorum causa extat Lex Theodosii 29. Maji hujus anni 408. data; in ea Provinciarum Præfectis præcipitur, ut Judæos

L. 43. C. Th. de Hær.
L. 45. eod.
L. 42. eod.
L. 19. C. Th. de Jud. & ibi Gothofr.
L. 18. eod.

in

Sæculum V. in Festo, quo Redemptionis suæ, Efflu-
 A. C. 408. ris opera impetratæ, memoriam celebra-
Esph. 9. 21. brabant, Crucem comburere prohibe-
 rent. Nempe sub hac specie, quasi si
 mulacrum Amani, & Patibuli ejus, flammis traderent, Religioni Christianæ illi
 debant.

Arcadii Im-
 peratoris o-
 bitus.

Socr. VI. c. 1
Soz. IX. c. 8.
Marc. Chr.
an. 408.

Interea Theodosius Regnum auspici-
 catus erat, fati functo Parente ejus Ar-
 cadio; qui prima die ejusdem Men-
 Maji, Basso, & Philippo Coss. id est anno
 408. obierat. Arcadius ab obitu Paren-
 tis sui Theodosii regnaverat annos tre-
 decim, & annum vitæ numerabat trige-
 simum primum, levi ingenio Princeps
 semperque aut uxori, aut spadonibus pe-
 rere adfuetus. (*) Filius ejus Theodo-
 sius

(*) In Nota hic adjecta Protestantis dicit: Die
 Blödsinnigkeit Arcadii hat dem Staat, und
 der Kirche so grossen Schaden gethan, als
 wenn er ein Bösewicht gewesen wäre. Quo-
 modo Ecclesiæ nocuit? nempe S. Joannem Chry-
 sostomum exulare jussit, Orthodoxos persecutus
 est, unde Schisma inter Ecclesiam Constantino-
 politanam, & Romanam ortum. Ergo Com-
 mentatorem nostrum Protestantem magis oportebat
 dicere, quod Arcadius, saltem data occasio-
 ne, Ecclesiæ Constantinopolitanæ profuisset,
 dum causa fuit, ut se saltem aliqui a Commu-
 nicatione Ecclesiæ Romanæ separarent. Sed sæpissime
 nescit, quid dicat, & hic Catholicorum Refle-
 xiones descripsit.

sius octennis, jam antea Augusti Titulo Sæculum V.
A. C. 409.
 decoratus, in Oriente Imperium capeffi-
 vit, juventutem ejus regente Anthemio,
 Viro illa ætate sapientissimo, qui amicis Th. Philot.
c. 8.
 suis accensebat S. Aphraatem, & S. Chry-
 sostomum, is enim eidem susceptum Chryf. ep. 25.
 Consulatum anno 405. datis litteris gra-
 tulatus fuerat. Theodosio juniore, nam
 isto nomine magis notus est, tres erant
 sorores Pulcheria, Arcadia & Marina, quæ
 ob servatam Virginitatem celebrantur.
 Sequenti tempore Pulcheria educanda-
 rum sororum & Imperatoris fratris sui
 curam in se suscepit, quamvis duos non
 plures annos quam ipse numeraret; at
 Virginis prudentia, & virtus ætatem su-
 perabant.

S. Pulcheria.

Duas præterea Honorii Leges habet L. ult. C. Th.
de custod.
reor. l. 9.
C. Just. de
Episc. aud.
l. II. eod.
 mus anno 409. datas, quæ Pietatem spi-
 rant. Una Captivis favet, præcipitque,
 ut Judices singulis Dominicis eos educi
 jubeant, & interrogent, an necessaria
 non desint, cibos suppeditari imperent,
 si indigeant, & ad Balnea datis custodi-
 bus deduci. Episcopis mandatur, ut Le-
 gem hanc effectui dari diligenter curent.
 Lege altera Christiani vicinorum loco-
 rum curam gerere jubebantur, ne capti-
 vi Romani domum remeantes, detine-
 rentur, aut in via male haberentur.

Lex Honorii contra Donatistas, & L. 44. C. Th.
de hæ.
 Judæos seu Cæli Cultores nominatim ad
Hist. Eccles. Tom. V. Ff Dona-

Sæculum V. Donatum Proconsulem Africae directum
A.C. 409.

Ep. 100. al.
127.

Ei igitur S. Augustinus amicitia jam
te junctus hac super re scripsit, rogans
instantissime, ut reorum vitæ parcere
Considera, inquit, solis Viris Ecclesiasticis curæ esse, ut Ecclesiarum Necessitates ad Tuum Tribunal deferant, si ergo vitam ademeris, nobis simul libertatem accusandi eripies, quod ubi hostes intellexerint, licentius profecto in nos irent, scientes, in iis nos deprehensos Augustinis, ut, nos ipsos jugulari, humanitatem pati cogamur, ne Adversarios nostram vitam amittendi periculo exponamus, a nobis delatos gladio plexeris. Epistola claudit his verbis: Quantum grande sit malum, a quo homines abesse cupias, & magnum Bonum, quantum amplectantur persuadere velis, res impotente labore plena magis, quam utilis erit, si vi illata cogas, & non potius docere allicias, & permoveas.

§. XIX.

Alaricus Romanam obsidet.

Zof. lib. 5.
p. 8. 2.

Stilicone sublato, Gothi in Romanorum
Exercitibus militantes multari ceperunt, quod prodicionis conscii fuissent.
In variis Civitatibus uxores eorum, & liberi occisi, Bona direpta. Ergo adversus Romanos tanquam fœdifragos coeunt.
Ducem secuti Alaricum, inter cœ-

ros potentissimum, qui sub Theodosio Sæculum V. A. C. 409.
 Magno contra Eugenium Tyrannum pu- A. C. 409.
 gnauerat, illis Dignitatibus, quæ inter Socr. VII.
 Romanos præcipuæ erant, Insignis. c. 10.
 Tunc quoque Honorio pacis conditio- Soz. IX. c. 6.
 nes obtulit; cumque nihil obtineret, in
 urbem Romam movit. In eo itinere
 sanctus Monachus ei occurrisse narratur,
 qui irritatum a cœptis abstrahere nite-
 batur, animo ejus ingerens, quantæ ca-
 lamitatis causa futurus esset, & Alaricus
 respondisse: *Non meo arbitrio Romam
 peto, sed aliquis me urget, & angit quo-
 tidie, dicens: Vade, & urbem depopula-
 re.* Ubi illo pervenit tam arcte eam,
 etiam qua mare respicit, obsedit, ut Ci-
 vitas deficiente comœatu jam fame, &
 peste vexari cœperit. Multi Servi, præ-
 fertim Barbari, transfugæ Alarici castra
 auxerunt. In hac trepidatione Senato-
 ribus Paganis visum, nihil magis neces-
 sarium, quam ut in Capitolio, & aliis
 Templis Diis Sacrificia offerrentur; quip-
 pe Aruspices Thusci, a Pompejano Ro-
 mæ Præfecto vocati, spondebant, Toni-
 truorum fragore, & accitis e Cælo ful-
 minibus, Barbaros ab urbe arceri posse,
 idque se Narniæ, Thusciæ urbe, quam
 Alaricus, cum Romam contenderet, non
 ceperat, præstitisse jactabant. Zosimus Lib. 5. p. 816.
 Zosimus dicit, ut id securius fieret, ad Innocen-
 tium Papam delatum fuisse consilium,

Sæculum IV. Romæ Idolis sacrificandi, & Papam, cum
A. C. 409. Patriæ Salutem suæ opinioni præferret,
 permisisse, ut secreto sacrificaretur. Id
 credat, cui hujus Scriptoris Gentilis fi-
 des sufficet. Quod vero subjungit ma-
 gis vero simile est. Thuscis affirmanti-
 bus, Sacrificia Civitati nihil profutura,
 nisi publice fierent, Senatores Capito-
 lium ascendunt, ibique, & in foris publi-
 cis, Sacris, ut propositum erat, operari
 incipiunt; at nemo de populo facinoris
 particeps fieri ausus. Missis ergo Thuscis,
 de modo, quo Alarici animum mitiga-
 rent, Romani cogitarunt.

p. 817.

Romæ Obsi-
 dio.

Placuit utrique Parti inire pacta, &
 constituerunt, ut quinquies mille libræ
 aureæ, tricies mille libræ argenteæ, qua-
 ter mille tunicæ sericæ, ter mille pelles
 purpura tinctæ, ter mille libræ piperis A-
 larico darentur. Ut tanta auri argenti-
 que vis conferretur, cum ærarium publi-
 cum deficeret, privatorum opes aestima-
 tæ, his quoque non sufficientibus, Idolo-
 rum ornamenta, & ipsa Idola aurea, &
 argentea tradenda fuere, quod factum
 Zosimus tanquam Impietatem omnium
 maximam deflet, & omnium malorum
 urbi imminentium originem. Inter alia
 Virtutis simulacrum argenteum consti-
 tum. *Inde, inquit, quidquid Romanae
 Fortitudinis, quidquid Virtutis superere-
 rat, deletum; sicut illi, qui Rerum divi-
 narum*

narum periti sunt, prædixerant. Acce-
 ptis donis Alaricus obsidionem solvit,
 promittentibus Romanis, se effecturos,
 ut inter ipsum & Imperatorem Pacis fœ-
 dera peragerentur. Hæc anno 409. Ho-
 norio octavo, & Theodosio tertio Coss.
 acciderunt.

Sæculum V.
 A. C. 409.

p. 818.

Itaque Innocentius Papa ad Impera-
 torem Honorium, Ravennæ tunc tempo-
 ris degentem, Legatus advenit. Vero-
 simile est in hac Legatione S. Innocen-
 tium obtinuisse Legem contra Mathema-
 ticos seu Astrologos, quo nomine sæpe
 etiam Aruspices, & Harioli indicaban-
 tur, editam. In hac Lege ipsis præcipi-
 tur, ut præsentibus Episcopis libros suos
 flammis traderent, & errores abjurarent,
 qui id facere detrectarent, Roma, & ex
 omnibus Civitatibus sub pœna proscri-
 ptionis exirent. Lex ista 25. Jan. anno
 409. data. Alaricus, ut propior Impera-
 tori esset, & facilius procederent fœde-
 ra, usque Ariminum venit. Illo etiam
 Jovius in Italia Prætorio Præfectus se
 contulit, de Pace cum Barbaro acturus;
 at viro huic prudentia deerat, itaque Pa-
 cem abruptit, quam non æquis modo, sed
 etiam utilibus conditionibus reducere
 potuisset.

Soz. IX. c. 7.

L. 12. Cod.
 Th. de Math.
 l. 10. Cod.
 Just. de E-
 pisc. aud.

Sæculum V.
A. C. 409.

§. XX.

Attalus Imperator.

Tunc vero Alaricus admoto Exercitu
Romam secundo obsidet, & Portum
potestatem redacto, Romanos cogit, ut
Attalum Urbis Præfectum Imperatorem
proclamarent, virum Idololatriæ ama-
tem, qui Hariolorum pollicitationibus
se totum credebat. Is, quamvis Alari-
cus aliud suaderet, Ducem, nomine Con-
stantem, in Africam misit, nec tamen vi-
res dedit, vastissimæ Provinciæ subigen-
dæ pares. Ipse iter Ravennam ingredi-
tur, vatum suorum promissis deceptus
Honorius perterritus, mittit Purpurato-
rum præcipuos, qui suo nomine venient
declararent, consentire se, ut eum in Im-
perio Collegam haberet. Verum Atta-
lus, rejecta hac conditione, renunciari
jubeat, ut sibi Insulam, vel alium locum
deligeret, quo se abdicato Imperio reci-
peret. Jam naves paratæ stabant in an-
choris, quibus exceptus Honorius ad
Nepotem Theodosium confugeret, cum
ecce spe citius missa ex Oriente adsunt
auxilia. Simul Attalo litteræ redduntur,
quibus nunciabatur, Constantem ab He-
racliano, qui Africam sub Honorii auspi-
cio tuebatur, victum, atque eodem He-
racliano jubente Portus omnes tamarcte
custodiri, ut nihil annonæ Romam de-
ferri

Attalus Im-
perator.

ferri posset, hinc, incolas fame premi. Sæculum V.
A. C. 410.
Itaque Romam redit, cumque & tunc
rem pessime gereret, Alaricus non sine
consensu Honorii ei Purpuram, qua non
integro anno fulsit, eripi iussit. Pagani
& Ariani depositum Attalum vehemen-
ter dolebant. Quippe Pagani, cum sci-
rent ipsum Deorum cultui favere, cuius
Religionis amorem ab infantia hausisset,
sperabant, aperte Deorum Cultum pro-
fessurum, Tempa reparaturum, Festa, &
Sacrificia reducturum. Ariani spera-
bant, se ab ipso amissas Ecclesias, sicut
Constantio, & Valente Imperatoribus
factum, recuperaturos, quod Attalus a
Sigefario Gothorum Episcopo baptiza-
tus fuisset, id enim eundem Alarico, &
toti Gothorum Nationi acceptissimum
reddiderat. Attalus in annum 410. Con-
sulem designaverat Tertullum Gentilem,
cujus Nomen ex Fastis deletum.

§. XXI.

Roma capta, & expilata.

Interim Alaricus versus Alpes proceffe-
rat, jamque sexaginta stadia seu Leu-
cas tres ab urbe Ravenna castra metatus,
de Pace, & fœderis conditionibus cum
Honorio agebat, cum Sarus, alius Go-
thorum Dux, & Romanorum socius, ti-
mens, ne junctæ Alarici, & Romanorum

F f 4 vires

Sæculum V. vires sibi nocerent, nam ipse Alarico
 A. C. 410. spectus esse meruerat, cum trecentis vi-
 ris in Alarici milites irrumpit, incautos
 vincit, & quosdam cædit. Alaricus per-
 fiducia commotus viam relegit, Romam
 tertio oppugnat, & Civium prodicione
 411. *Marcel.* adjutus nono Kalendas Sept. anno ab ur-
 410. bis Fundatione 1164. Varno solo Con-
 sule, id est, 24. Aug. anno J. C. 410. ce-
 pit; captam a suis diripi non prohibuit,
 id tamen S. Petri Reverentiæ dedit, ut
 Ecclesiam ejus in Vaticano illuc confu-
 gientibus Asylum esse juberet, qua indul-
 gentia illud saltem effectum, ne urbs to-
 ta deleteretur, nam cum amplissima esset
 Ecclesia junctis magnis ædibus ad eam
 pertinentibus, is locus tantæ populorum
 multitudini saluti fuit, ut deinde nova
 propagine Romam replerent.

In hac vastatione multa Palatia, alia-
 que ædes publicæ flammis consumptæ,
 magnus occisorum numerus fuit, multæ
 foeminae, atque etiam Virgines Deo sa-
 410. *Sozom. IX.* cræ violatæ. Quædam foemina nupta
 6. 10. & Catholica præstantissima specie, in
 manus alicujus Gothi juvenis Ariani in-
 cidit, quæ cum contumeliam offerenti
 reluctaretur, miles evaginato gladio, ut
 mulierem terreret, collum leviter per-
 stringit, sanguinemque elicit. Illa con-
 stanter caput, si juvenis amputare vellet,
 porrexit. Tunc vero Barbarus foeminae
 vir-

virtute motus eam ad Ecclesiam S. Petri
 ipse deducit, custodibus commendat, da-
 tisque sex aureis, quibus interea alimenta
 pararentur, monuit ut integerrimam mu-
 lierem Marito redderent.

Sæculum V.
 A. C. 410.

Alius ex Gothorum primoribus Chri-
 stianus, cum in ædibus Ecclesiæ junctis

Oros. VII.
 c. 39.

Virginem Deo consecratam, & ætate
 provec̄tamprehendisset, honeste pe-
 tit, ut aurum, & argentum, quod habe-
 ret, expromeret; illa sibi constans re-
 spondit, magnam auri argentique vim
 sibi esse, quam ipsi vellet ostendere, si-
 mul militis oculis exponit tantas divitias,
 ut Barbarus tot vasorum, quorum ne qui-
 dem nomina noverat, numerum, pon-
 dus, & artem satis mirari non posset.
*Hæc sunt, inquit illa, S. Petri Apostoli
 vasa, rape, si audes; aliquando facti ra-
 tionem reddere cogeris. Cum ea defende-
 re vi non valeam, diutius occultare nolo.*
 Vasorum Deo sacrorum reverentia cupi-
 ditatem in milite compressit, atque rem
 ad Alaricum deferri iussit, qui illico im-
 peravit, ut vasa omnia, sicut erant, ad
 Basilicam S. Petri deportarentur, simul-
 que Virgo sacra dato militum præsidio,
 & omnes, qui se jungerent, Christiani
 illo deducerentur. Domus illa ab Ec-
 clesia S. Petri multum distabat, hinc per
 totam ferme Civitatem transeundum e-
 rat; itaque Vasorum istorum translatio

Roma capta.

Ff 5 magni-

Sæculum V. A. C. 410. magna pompa peracta omnibus
 gne spectaculum fuit. Singula a singu-
 lis sine velamine capite portabantur, mi-
 litibus custodiæ causa nudato ense lan-
 ra stipantibus, atque Romanis Barbaris
 que hymnos ad Dei Laudes concinens
 bus. Multi Christiani undique congre-
 xere, multi etiam Paganorum Christiani
 se esse favente hac occasione simularum
 & quo plures Romani coibant, ut salu-
 tem quærerent, eo majori ardore Barbari
 confugientes ad se cingebant, ut depre-
 derent.

Hier. ep. 16.
ad Princip.
c. 6.

Barbari S. Marcellæ domum ingressi,
 aurum exigebant, utque occultas opes
 produceret; respondit, nullas sibi esse o-
 pes, & in paupertatis argumentum, quam
 vili vestitu tegeretur, ostendit. Non
 cit fidem militibus, qui sanctam femi-
 nam flagris, & fustibus verberarunt; il-
 la pedibus eorum prostrata inter lacry-
 mas & singultus rogabat, ne Filiam suam
 Principiam a latere Matris avellerent;
 timebat enim, ne filia opprobrium, de qua
 ipsa ob ætatem erat secuta, pati cogere-
 tur. Tandem commota sunt Barbaro-
 rum viscera, & ambas deduxerunt ad Ec-
 clesiam S. Pauli; quoniam jusserat Ala-
 ricus, ut illa æque ac Ecclesia S. Petri
 confugientibus Asylum esset. S. Marcella
 Gratias agebat Deo, quod filia pudici-
 tiam custodiisset, & se ipsam a depraeda-
 tione

tione Barbarorum per paupertatem voluntariam liberasset. Paucos post dies sancta foemina inter filia brachia animam efflavit. Sub idem tempus Pammachius vir illustris rebus humanis ereptus est. Diaconus, cui nomen Dionysius, Medicinae peritus, quam gratuito aegrotantibus adhibebat, a Gothis abstractus, Barbarorum amorem & venerationem ita sibi conciliavit, ut Magistri loco colerent.

Sæculum V.
A. C. 410.

Epit. ap. Baron. an.
410.

Hier. Præf. Lib. I. in Ezech. Orof. VII. c. 39.

Id. c. 41.

Orof. VII. c. 39. Marcel. Chr. 438.

Hist. Misc. Lib. 13.

Tanta calamitas multos Christianorum Roma exegit. Numinis Bonitati adscriptum, quod paulo ante S. Innocentius Papa urbe excessisset, apud Imperatorem Honorium Legatione functurus; nam illo tempore Ravennæ fuit. Barbari eos, qui volebant, sinebant Romam exire, custodes etiam dabant, & pro mercede modica res suas abvehentes juvabant. Non ultra triduum militi licuit in urbe prædari, tum Alaricus sexto, ex quo venerat, die abiit, nullo relicto Præsidio. Campaniam petiit, ubi ejus miles Nolam diripuit. In illo periculo S. Paulinus orabat in hunc modum: *Domine! ne propter aurum, vel argentum me torqueant homines, Tu enim scis, ubi omnia bona mea sint.* Quippe omnia in pauperes disperferat. Alaricus tota illa Italiae Parte vastata, anno sequenti e vis abscessit Cosentia, cum in Siciliam navigare pararet.

§. XXII.

Sæculum V.
A. C. 410.

§. XXII.

Romani in diversa sparguntur.

Rutil. itin.
Lib. I. Hier.
Præf. in 1. in
3. 7. lib. in
Ezech.

Ep. 16. ad
Princip. c. 5.

Ex his, qui Urbis ruinæ cervices extraxere, multi in vicinas Thufciafulas, alii in Siciliam & in Africam seceperunt. Alii Orientem, Ægyptum, Palæstinam petierunt. Aliquos S. Hieronymus Bethlehemi excepit, cumque his charitatis officiis occuparetur, & tanta calamitate animum turbaret tristitia, non parum a labore litterario retardabatur. Sola, quam litteris daret, non supererat, & oculorum aciem senio bescentem Hebraicæ litteræ admodum fatigabant. Conscripto in Isaiam Commentario, quod opus, ut Eustochii precibus satisfaceret, susceperat, eadem promoverat, ut etiam in Ezechielem, & deinde in Jeremiam commentaretur. Verum sanctum vehementer afflixerat alatum nuncium de Romanæ urbis intra brevissimum temporis spatium bina obsidione, & fame tanta, ut aliqui carnes humanas devorarent. Ubi Romam rescivit captam, simulque Pammachii, & Marcellæ obitus nunciaretur, immensum auctus est dolor; cum vero postea apud se videret homines sanguine illustres utriusque sexus, profugos, subito casu ad mendicitatem redactos, paulo ante opulentissimos, nunc nudos, vulneratos, & necdum

neccum tutos a crudelitate illorum, qui adhucdum divites esse suspicabantur, tot malorum agmine obrutus lacrymis non temperabat, atque, ut poterat, miseris succurrebat. Appropinquare finem mundi ominabatur, atque interim Vin-
 dicis Dei manum, & prædictos a Prophe-
 tis eventus videbat; nam sæpe dixerat, Romam adhucdum Deorum cultui ad-
 dictam, & vitiis cœno inquinatam, esse illam Babylonem, & Mulierem prostitu-
 tam Apocalypticam, atque seditionem a
 S. Paulo prædictam ante Adventum An-
 ti-Christi, esse Imperii Romani casum, quem Apostolus clarius designare noluis-
 set, ne causa Persecutionis esset.

Sæculum V.
 A. C. 410.

Pag. in E-
 zech. ep. 17.
 ad Marcell.
 c. 7. in Isaia.

XLVII. L.
 2. in Jovin.
 in fine. Ep.
 15. ad Algas.
 q. ult.

Eodem tempore Barbari Orientis Provincias Syriam, Phœnicen, Palæsti-
 nam, Arabiam, Ægyptum foede vasta-
 bant. S. Hieronymus dicit, se ipsum non sine periculo eorum manus effugisse.
 S. Nilus Arabum, qui venatione, & rapi-
 nis victum quærebant, latrocinia in De-
 fertis Sina peracta ita narrat. S. Nilus
 cum Filio de monte descenderat, Mo-
 nachos, qui ad Rubum habitabant, id
 est, verisimiliter in loco, ubi Moyses Ru-
 bum ardentem vidit, pro more suo in-
 visurus. Decima quarta Jan. summo
 mane, cum Officium Divinum egissent,
 magna vociferatione irruunt Barbari, &
 omne Monachorum in hyemem colla-
 tam

Nil. Narr.
 2. p. 27. Boll.
 14. Jan. p.

958.

Sæculum V. tam penum, nempe sylvestres, & exfo- immo
 A. C. 410. catos arborum fructus, rapiunt. Hos sem)

S. Nilus.

Monachorum, quos Ecclesia exire cog- bis, y
 rant, humeris imponunt, ut quo jubere barba
 tur, deferrent. Senum corporibus vo rum
 stimenta detrahunt, & nudos recta linea clam
 constituunt jugulandos. Initium fero matu
 runt in Presbytero Theodulo, cui caput ma.
 amputarunt; ipse non reluctabatur, sed festar
 Signo Crucis se muniens dixit: *Benedi ra dz
 ctus Deus!* tum alium Senem Theodul in fu
 socium, & juvenem, qui senibus servie situ
 bat, interficiunt, aliisque manu signam ffus.
 dant, ut fugerent. S. Nilus filium a se somn
 avelli non ferebat, quem abducebant usus
 captivum; at Filius Patri oculorum n. casti
 ctu suadebat, ut cum cæteris auffuge- viri
 ret. Ergo in montem nititur convertis & a
 semper ad filium oculis, & ipsum quam raba
 diu potuit Patrem respicientem. juso
 con

p. 60.

Ubi Monachi Montis culmen tene- ubi
 runt, cum de funesto casu colloqueren- cor
 tur, venit servus Magdonis, qui in urbe obj
 Pharan huic Deserto proxima Senatoria
 Dignitate potiebatur. Hoc mancipium ex
 Barbarorum castris auffugerat, necdum
 timore discusso anhelum. Interrogatur,
 quomodo fugere potuisset. Tum ad S.
 Nilum conversus dixit: *Barbari sumpta
 Cæna colloquentes dicebant, nos, me nem-
 pe, & Filium tuum, sequenti die, ubi
 illuxisset, Sideri, quod ipsi adorant, esse
 immo-*

immolandos (adorabant autem Venerem) erigunt aram, imponunt ligna, nobis, quid ageretur, insciis, nam sermonis barbari ignari sumus; at ecce! captivorum aliquis, qui linguam eorum callebat, clam omnibus ad me: crastina tempore matutino vos duo Veneri cadetis victimæ. Quod compereram, filio tuo manifestavi, scilicet, nisi fugeremus, nos altera die homines non futuros. Timuit, ne in fuga deprehenderetur, & apud se constituit manere, divinæ Providentiæ confisus. Ego vero videns Barbaros vino, & somno sepultos, primum noctis beneficio usus, & bumi repens paulatim ab eorum castris me surripui, tum collectis omnibus viribus in cursus effusus sum. Post hæc & alia ab Arabibus crudeliter facta narrabat, atque etiam necem juvenis cujusdam Eremicolæ, qui vitæ jacturam contempserat, malens mori, quam locum, ubi alii Monachi laterent prodere, aut corpus suum nudum Barbarorum oculis objicere.

Sæculum V.
A.C. 410.

p. 87.

Cum immanem incursionem urbis Pharan incolæ cognovissent, illius Civitatis Senatus rem tantam fileri non debere existimavit, sed misit, qui Barbarorum illorum Principi, quid peccatum esset, nunciarent. Interim Monachi ad sepeliendos fratres convenientes post dies quinque occisorum corpora viderunt

S. Nili & Filii
ejus Historia.

Sæculum V. A. C. 410. p. 60. Mart. Rom. 14. Jan. p. 97. p. 97.

runt integra, nullum gravem odorem exhalantia, non horrida aspectu, & a feris intacta. Eorum Nomina litteris commiserunt, ut inter Martyres honorarentur. Ecclesia hodieque ipsorum Memoriam 14. Jan. celebrat. Monachi deinde *Pbaran* se conferunt, ut scirent quid Arabum Princeps responderet ipsis urbem ingredientibus, redibant ad eo legati cum ipsius Epistolis, in quibus mandabat, ut qui damnum passissent, ad se venirent, quippe omnia redituro. Scilicet quæstum ex commercio cum Romanis amittere metuebant. Ergo ex *Pbaran* Legati mittuntur ad renovandam pacem; hos captivorum propinqui, & ipse S. Nilus, combatantur. Duodecim dierum itinere confecto in castra perveniunt Arabum Ducis, quem sui *Amman*, seu *Iman* appellabant; Ille Legatorum postulatis satisfecit.

Aliqui S. Nilo dicebant, filium ejus vivere, & in urbe Eluza mancipium esse. Itaque iter ingressus est, ut illo iret. In via fuere, qui Patri referrent, illius urbis Episcopum filium ejus emisse, & Clericum ordinasse, jamque virtutis ejus apud omnes maximam esse opinionem. S. Nilus illuc perveniens, filium prior cognovit, & lingente se animo concidit. Filius Patrem amplexu stringens

Spiri-

Spiritus revocavit. Tum quæ sibi acci- Sæculum V.
 dissent, Parenti narravit in hunc modum: A. C. 410.
 In illo rerum articulo, quo Magadonis p. 110.
 servus auffugit, omnia ad nos immolan-
 dum ara, gladius, poculum, libamina, thus S. Nili Filius
 parata erant. Barbari altera die illu- captivus.
 cescente nobis jugula solvere constituerant.
 Pronus in terram prostratus, tacite o-
 rabam illo fervore, quo in extremis pe-
 riculis solemus, Domine! ne patiaris san-
 guinem meum malignis spiritibus offerri,
 & corpus meum Impudicitia Dæmoni vi-
 ctimam cadere. Redde me Parenti meo,
 qui in te sperat! dum in his precibus per-
 severo, surgunt Barbari, attoniti, quod p. 117.
 tempus Sacrificio aptum jam præterisset,
 nam ortus sol erat. Interrogant me,
 quid altero captivo factum? dixi, id me
 nescire. Ipsi acquieverunt, nec ullum in-
 dignationis signum dederunt. Tunc ani-
 mus mihi crevit, & Deo adjuvante con-
 stanter repuli cogere volentes, ut carnes
 immundas manducarem, & cum mulier-
 culis delectarer. Postquam in Regionem
 habitatum pervenimus, venalem me fece-
 runt, cumque emptor nullus pluris quam
 duobus aureis me aestimaret, sæpius ex fo-
 ro reductum, tandem in aditu, qua oppi-
 dum ingressuris subeundum erat, collocant
 me nudum, suspenso ad collum gladio, quo
 significabatur, nisi pretio redimerer, illi-
 co me interfecturos. Manus extendebam
 Hist. Eccles. Tom. V. G g ad

Sæculum V. *ad obvios quosque obsecrans, ut Barbarii darent, quantum peterent, & pollicebatur, pretium a me emptori restituendum, & insuper illis servituum. Tandem aliqui misericordia moti emerunt.*

p. 123.

Urbis Eluzæ Episcopus Patrem & Filium omnibus charitatis Christianæ officiiis persecutus, aliquamdiu apud se retinuit, ut fatigatos foveret; imo ut S. Nili Pietatem & Virtutes præmiaretur, etiam repugnantem Presbyterum ordinavit. Discedentibus ea præbuit, quæ ad profectorem valde longam erant necessaria. Reliqua de S. Nili vita ignorantur, nisi quod illo tempore esset quinquagenarius. Post hæc annis adhuc quadraginta usque ad Imperatoris Marciani Regnum superstes fuisse creditur.

v. Chronol.

Suar. p. 692.

De ipsius operibus supersunt nobis aliqui Tractatus pii, atque mille, sexaginta & una Epistolæ, pleræque breves, stilo acri, & conciso scriptæ.

Lib. 1. ep. 44.

De Eucharistia disserit in hunc modum: *Post invocationem terribilem, & postquam Spiritus adorandus, & vivificans descendit, (*) quod supra Sacramentum*

(*) Interpres Protestantus vocem: *terribilis*, permutavit cum voce germanica *feyerlich*, cui nullatenus illa vis inest, quæ voci: *terribilis*, a Fleurio redditæ. Nimirum homini Protestantæ, veram Jesu Christi corporis præsentiam in Eucharistia

Mensam positum est, jam non amplius simplex panis est, & vinum vulgare, sed Jesu Christi Dei Nostri Corpus, & Sanguis pretiosus, ab omni macula emundans illos, qui magno timore, & vehementi desiderio accedunt. In alia Epistola dicit; S. II. Ep. 294.

Sæculum V.
A. C. 410.

Joannem Chrysostomum sæpe Angelos in Ecclesia, præsertim tempore Sacrificii incruenti, vidisse. Eos, quamprimum Sacerdos offerre inciperet, summa Reverentia Altare circumdare, donec Mysterium terribile completum esset, tum per totam Ecclesiam diffusos, Episcopos, Presbyteros, & Diaconos in Dispensatione Corporis, & Sanguinis pretiosi adjuvare. In alia Epistola S. Nilus nimium rigorem S. Nili opera reprehendit cujusdam Presbyteri, qui nihil faciebat Confessionem publicam III. Ep. 43. Pœnitentis, nisi deinde multa opera, quæ carnem affligunt, sequerentur. Tu vero, inquit, ad unam tantum Scripturæ partem attendis, nempe ad eam, quæ iram

Gg 2 Dei

charittia neganti, nihil in hoc Mysterio terribile videtur. Transeat! num ideo autem verba Fleurii, & S. Nili corrumpere licebat? Ceterum ex his S. Nili verbis, & quæ sequuntur contra Protestantem nostrum, qui id ignorare velle videtur, liquet, aliud fuisse Corporis Christi Consecrationem, & aliud distributionem. Liquet etiam, quid Sæculi V. initio de hoc Sacramento Fideles crediderint; nam quis in sensu sancto hæc Verba de simplici Symbolo explicet?

Sæculum V. *Dei annunciat, & non ad Misericordiam,*
A. C. 410. *omnibus ferme paginis occurrentem. I-*
li, qui possunt, utilissime bona opera
qualia sunt jejunia, vigilia, Cilicium
cineres, & largæ eleemosinæ, Penitentia
sua argumenta exhibent, at non est re-
jicienda simplex confessio illorum, quibus
vel vires, vel occasio omnia hæc opera fe-
ciendi desunt. Si sinceram esse Peni-
tentiam certo sciamus, sufficit. Opu-
la S. Nili omnia de Vita Ascetica, et
est de Perfectione Christiana agunt.
 In primo fortiter teporem arguit, qui
 in Monasteria irrepebat. Inter cæteros
 Tractatus de octo vitiis capitalibus ce-
 leberrimus est.

Sed ad incurfiones Barbarorum re-
 deundum. Cum etiam in Ægypto gra-
 farentur, Monachi Scetienses Solitudi-
 nem suam relinquere coacti sunt; hinc
 Arsenius non sine lacrymis dicebat: *Mun-*
du Romam, Monachi Scetim amiserunt.
 Aliqui Monachi in illis Ægypti Desertis
 interfecti, quod testatum facit S. Augu-
 stinus, publicam illorum temporum ca-
 lamitatem, atque Barbarorum in Italia,
 Gallia, Hispania latrocinia deplorans. De
 his ad Presbyterum, cui nomen Victoria-
 nus, scribens, docet, quid Gentilibus, si
 Christianis hæc mala objicerent, respon-
 dendum, quo Spiritu hæc a Christianis
 ferenda, imo & Exemplo Sanctorum Vi-
 rorum

Rosw. 20.
p. 564. Ep.
III. al. 122.
ad Victoria-
num.

rorum in utilitatem & profectum suum Sæculum V.
A. C. 410.
vertenda essent.

Inter illos, qui fugientes Alarici ar- Illustres Proa
fugi.
ma in Africam navigaverunt, Illustrissimæ
faminiæ fuere Proba cum Juliana Nura Hier. ep. 8.
ad Demetr.
sua, & Demetriade Nepte, atque ex alia c. 3. Sup. l.
XIX. s. ult.
familia, Albina, Pinianus Gener ejus, & Pall. Laus.
Melania junior filia. Haud diu postea 118. al. 33.
ep. 130. al.
S. Augustinus ad Probam dedit longam
epistolam, & modum docuit, qua ratio- 121.
ne in Divitiis suis, & in medio Familiæ
suae ut vere vidua vitam institueret. Præ-
cipue de oratione agit. Albina & fami-
lia ipsius, cum Romæ interitum augura-
rentur, venditis bonis, haud diu ante-
quam obsideretur, egressi sunt. Mela-
nia senior Albinæ socrus, & Filius ejus
Publicola cum ipsis discessere. Rufinus
etiam Aquilejensis comitem se dedit, & Præf. ad Ur-
sac. ap. Va-
les. not. ad
Euf. VI. 38.
secutus est eos in Siciliam, ubi Homilias
Origenis in Librum Numerorum trans-
tulit, illo tempore, quo Gothi Rhegium
incenderunt. Rufinus in Sicilia paulo
post vita excessit. Albina, Melania filia
ejus, & Pinianus Gener in Africam tra- Hier. Præf.
I. in Ezech.
vit. Mel. ap.
Metaph. 31.
Jan.
jecerunt, Carthaginem, & inde Taga-
stam profecti, ut Episcopum Alypium in-
viserent. Melania Senior Jerosolymam
cum Nepote Publicola reversa, ibi qua-
dragesimo, postquam advenisset, die vita
defuncta est. S. Augustinus Tagastam ire Aug. ep. 124.
al. 237.
non potuit, quamvis Albinam, Pinianum,

Sæculum V.
A.C. 410.

& juniorem Melaniam videre ardentissime cuperet, nam Salus populi, & Gregorius sui eum Hipponem retinuit; quæ si cauta abfuisset, non eum pluviam, non hyemis rigor, quem etiam in Africa positus, non sine magna molestia ferebat, ab illa perfectione retardassent.

§. XXIII.

Pinianus Hipponem tumultus occasio.

Elapso aliquo tempore Albina & Familia ejus Hipponem venerunt, ut ad S. Augustinum diverterent. Ecce vero cum in Ecclesia essent, Hipponenses Piniano manus injicere, & magno clamore a S. Augustino postulare, ut ipsum hujus Ecclesiæ Presbyterum ordinaret. S. Augustino respondente, se non ordinatum invitum, populus clamores geminabat. Pinianus, & Melania Sponsa ejus, qui jam diu continentiam servabant, dicebant, populum lucelli spe moveri, nempe ut opes, quas profuse distribuebant, suæ Ecclesiæ, & Civitatis Hipponensis pauperibus acquirerent.

S. Augustinus, cum tumultus cresceret, in medium procedens dixit populo: *si eum vultis habere Presbyterum contra fidem, quam promisi, me non habebitis Episcopum.* Tum relicta multitudine ad Sedem suam regressus est. Hæc verba populum subita severitate suspensum paululum continuit;

Ep. 126.
al. 125.

nuit; brevi autem multo magis exarsit, ^{Sæculum V.}
 volens S. Augustinum cogere, ut datam ^{A. C. 410.}
 Fidem frangeret, aut Pinianum ab alio
 Episcopo ordinari permetteret. S. Au-
 gustinus ad eos, qui loquentem percipe-
 re poterant, id est, ad urbis Primores,
 quippe gradus Sanctuarii ascenderant,
 dicebat: *fidem datam frangere non pos-
 sum, nec Pinianus ab alio Episcopo in Ec-
 clesia mihi commissa ordinari sine meo con-
 sensu. Si id fieri sinerem, perinde datum
 promissum fallerem. Si invitum ordina-
 ri cogatis, quid istud vobis proderit? cer-
 te post ordinationem discedet.* Nihilomi-
 nus populi multitudo, stans ad Sanctua-
 rii gradus, a proposito dimoveri non
 poterat; horribili vociferatione in S. Aly-
 pium præsentem invehebantur, quod pu-
 tarent, eum sibi, & Tagastanæ Ecclesiæ
 Pinianum retinere velle, ut ipsius divi-
 tiis potiretur. (*) S. Augustinus metue-
 bat, ne deteriora sequerentur, si perditii
 homines in tanta multitudine latentes
 prædandi cupiditate vim inferre tenta-
 rent. Ambiguus consilii, Ecclesia exire
 cupiebat, ne se præsentem profanaretur,
 rursusque occurrebat, si abiret, timen-
 dum, ne augetur tumultus, cum eo

G g 4 magis

(*) Hæc legenti, facile occurret, cur sequenti-
 bus Sæculis vox populi ab Electione Episcoporum
 exclusa.

Sæculum V. magis irritatus populus Episcopi sui Re-
 A.C. 410. verentia non contineretur. Et iterum
 si per cuneos populi cum Alypio exitum
 quæreret, periculum esse, ne quis teme-
 rarius viro manum injiceret; & nesci-
 fore Episcopum Hospitem furentis po-
 puli licentiæ tradere.

S. Augustino inter has cogitationes
 suspenso, adest aliquis a Piniano missus,
 Piniani dicens, velle ipsum coram populo jurare,
 juramen- se, si invitus ordinaretur, certissime ex
 tum. Africa soluturum. Credebat nempe se-
 re, ut populus a cœpto desisteret, si inde
 nihil sperare posset, quam ut ipse ex Afri-
 ca pelleretur. Persuasissimum enim om-
 nibus erat, nunquam juramentum violan-
 turum. At S. Augustinus, timens, ne hu-
 jusmodi juramentum multo magis po-
 puli animos incenderet, de eo siluit, &
 ad Pinianum, qui ipsum vocabat ad se,
 ivit. Dum in via est, rursus quisquam a
 Piniano missus renunciat, eum manu-
 rum, si ordines Clericales suscipere non
 cogeretur. Tunc S. Augustinus cepit
 meliora sperare, & nihil respondens, cito
 ad Alypium se contulit, retulitque, quid
 Pinianus sibi nunciari jussisset. S. Aly-
 pius, ne Piniani Familiam offenderet, di-
 xit: *nolo, hac super re a me consilium pe-
 ti.* S. Augustinus ad populum rediit, &
 imperato silentio, retulit, quid Pinianus
 juramento se promissurum diceret. Cum
 ipsam

ipsum Presbyterum ordinari vehementer cuperent, displicuit juramentum, sed postquam brevi morula deliberassent, petierunt, ut suæ promissioni adderet, si aliquando Clericum se ordinari consentiret, in nulla alia Ecclesia, quam Hipponensi id fieret. S. Augustinus rem detulit ad Pinianum, qui consentire non dubitavit, idque populo aperuit. Is promisso contentus, juramentum exigebat.

S. Augustinus ad Pinianum rediit, qui in loco separato custodiebatur, eumque invenit dubitantem, quibus verbis juramentum conciperet, quia supervenire poterat necessitas ex Africa fugiendi, ut si hostes hanc Provinciam invaderent. S. Melania uxor ejus inter condiciones apponi volebat, si aer in Africa inficeretur. S. Augustinus timebat, ne omnis adjecta conditio suspecta esset plebi, utque id experirentur, Diaconum jubent formulam juramenti a Piniano scriptam elata voce recitare. Annuebat populus, at cum verba illa deinde de superveniente Necessitate legerentur, iterum exclamare, & tumultuari, quod crederet, talia addi, ut deciperetur. Hoc videns Pinianus verba illa deleri jussit, moxque tumultus populi in gaudium, & plausus versus est. Tum Pinianus ad populum procedens, quæ Diaconus ipse nomine dixerat, & juramentum, quod recitaverat,

Sæculum V.
A. C. 410.

Sæculum V.
A. C. 410.

rat, confirmavit. Petierunt, ut subscriberet, & subscripsit. Ex Primoribus qui optabant, ut Episcopi quoque subscriberent; cumque S. Augustinus jam primas litteras duxisset, ne faceret, S. Melania vetuit. Mirabatur S. Augustinus, quod tunc demum repugnaret, quasi vero, si non subscriberet, juramentum inferre non posset. Tamen in Fæminæ gratiam non absolvit scripturam, & nemo inflicto, ut faceret. Altera die Pinianus Hippone egressus Tagastam rediit, quod motus excitavit in populo; acquievit vero, cum intellexisset, esse rediturum.

§. XXIV.

*S. Augustini Epistolæ de juramento
Piniano.*

Verum Albina Piniani Socrus, quam tumultus tempore Hippone non fuisse credibile est, querebatur, vim Genero suo illatam, Hipponenses eum Presbyterum sibi non petituros fuisse, nisi esset dives, juramentum vi, & mortis metu extortum nullius roboris esse posse. S. Augustinus hac super re Aypio scripsit, rogans, ut hanc suspicionem Albinae, & Liberis ejus, id est, Piniano Genero, & Melaniae filiaejus, eximeret. *Quoniam, inquit, licet de populo tantum querulentur, perspicaciores tamen facile intelligunt eandem suspicio-*

*suspiciones etiam in Clericos cadere, & Sæculum V.
 pro primis in Episcopos, qui Bonorum Ec- A.C. 410.*

*Ceterum
 solius Conscientiæ nostræ testimonio con-
 tentos esse non oportet. Sed si vel unica
 Charitatis scintilla in nobis est, bona ope-
 ra nostra non solum coram Deo, verum
 etiam coram hominibus exhibeamus. Cum
 Pinianus animo dubius hæretet, an te-
 neretur juramento, quo se ideo tantum
 obstrinxerat, ut populi Hipponensis vim
 effugeret, S. Augustinus de obligatione
 juramenti sequentes tradit Regulas. Fi-
 delis Dei Servus certæ mortis periculum
 potius subeat, quam rem malam jureju-
 rando promittat, quia quod juravit, sine
 scelere adimplere non posset. Qui vero
 rem licitam ob metum mali incerti promi-
 sit, sicut Pinianus, huic potius promisso
 standum, quam ut certum admittat per-
 jurium. Juramentum servandum est non
 secundum rigorem verborum, quibus pro-
 latum est, sed secundum mentem illius,
 cui aliquid promittitur, si ea juranti cogni-
 ta sit. Itaque Piniani absentia juramen-
 to ejus non adversabatur, quamdiu vo-
 luntarem redeundi habebat.*

n. 4.

S. Augustinus data ad Albinam quo-
 que Epistola, non exprobrat suspicionem
 de se haustam, sed purgat se, eamque con-
 solatur. Exacte narrat omnia, quæ Hip-
 pone cum Piniano acta erant. Tum
 suspicio-

Ep. 126.

Sæculum V. suspicionem avaritiæ a populo Hippo
 A. C. 410. nensi amolitur, dum Pinianum sibi re
 nere voluit. *Non eos, inquit, auri qui
 possidetis, cupiditas impulit, sed diviti
 rum contemptus, quem in vobis perspici
 runt, placuit. Causa, cur me amaverint
 fuit, quod scirent, me, quo liberius Deo
 servivem, exigua Patrimonii mei Bona
 liquisse, nec ea Ecclesiæ Tagastana, in qua
 natus sum, inviderunt, sed cum illa me
 ordinasset, ipsi, ubi potuerunt, Clericis ob
 scribi voluerunt. Quanto magis admi
 rari eos oportuit Charissimum nostrum Pi
 nianum, qui ingentes divitias, malorum
 omnium irritamenta, vilipendit? multi
 sunt, qui existimant, me dum Episcopatum
 suscepi, non Sæculi Divitias abjecisse, sed
 auxisse; meum Patrimonium vix partem
 Bonorum hujus Ecclesiæ vigesimam exa
 quat. Pinianus vero, in quacunque Ec
 clesia, præsertim Africa, Episcopatum ge
 rat, pauper erit, si quæ Episcopus habet
 cum divitiis in Sæculo possessis confere
 rit.*

n. 7. Ergo suspicio avaritiæ tantum in Clericis
 & præcipue in Episcopum cadere potest
 nos enim Fideles Bonorum Ecclesiasticorum
 Dominos arbitrantur. Ego vero
 Deum testor, quod me istud Administra
 tionis genus non modo non delectet, ut alii
 qui credunt, sed mihi gravissimo oneri sit,
 & ad hoc jugum ferendum nihil aliud me
 valeat permovere, quam timor Dei, &
 Charitas

*Charitas, qua fratres nostros complecti te-
nemur, ita ut optarem ab Episcopatu libe-
vari posse, si Episcopo hoc liceret.* Sub-
jungit, de Apostolis mentionem faciens, *non
possumus sicut Apostoli manibus nostris
laborare, ut victum quæramus, & si posse-
mus, plurima, quæ nobis Episcopale munus
facienda imponit, & ab Apostolis facta non
arbitror, id probiberent.* Deinde materiam
de juramento vi extorto tractat, de qua
in Epistola ad Alypium data disseruerat,
dicitque, fas non esse dubitare, quin ad-
impleri debeat, & quidem in sensu illo-
rum, in quorum favorem juratum.

Sæculum V.
A. C. 410.

n. 10.

§. XXV.

*S. Augustini animus ab avaritia
alienus.*

Sanctus Augustinus in alia quoque causa,
quam alieno ab auri cupiditate esset
animo, probaverat, quod aliquot abhinc
annis contigisse creditur. Cum Thiava-
ni cives Donatistarum Schismati renun-
ciassent, necesse fuit ipsis dare Presbyte-
rum, qui in Spiritualibus regeret; idque
muneris obtigit Honorato, quem e Mo-
nasterio Tagastano evocaverunt. Mos
erat, ut qui in Monasteria susciperentur,
nihil haberent antiquius, quam se ab om-
nibus bonis suis abdicare, eaque vel
pauperibus, vel ipsi Monasterio donare.

Si

Sæculum V.
A. C. 410.

Si quis adveniret, qui necdum Bona alienare posset, nihilominus suscipiebatur si modo, dum posset, ea sincere dimittitur crederetur. Ad Honoratum spectabat iste casus, qui Bona sua possidebat cum Ecclesiæ Thiavanæ Presbyter ordinatus est. Jam quæstio oriebatur, quæ iusnam hæc Bona futura essent. Thiavani ea sibi debere affirmabant, illorum tempore consuetudine nixi, Clericorum Bona illi Ecclesiæ acquiri, in qua ordinarentur. Alypius Episcopus Tagastanus arbitratur, Honorati Patrimonium Monasterio Tagastano esse reddendum, timebat enim, ne si Ecclesiæ Thiavanæ tribueretur tanquam res, de qua Honoratus arbitrio posset decernere, id pessimo exemplo futurum esset Monasteria ingessuris, ut Bonis suis renunciare differrent. S. Augustinus existimabat, Honorati hereditatem Ecclesiæ Thiavanæ esse debitam. S. Alypius litis materiam dividendam putavit, unamque partem Monasterio Tagastano, & alteram Thiavanæ Ecclesiæ dandam, ea conditione, ut S. Augustinus relicte partis valorem Monasterio Tagastano aliunde compensari curaret. In hoc Pactum S. Augustinus consentit.

Exinde omnibus mature pensatis S. Augustinus S. Alypio scripsit, hanc Divisionem sibi non probari. *Si ipsis totum ob-*
judica-

judicaremus, inquit, crederent, id nobis ^{Sæculum V.}
 æquum, & justum visum fuisse; si transi- ^{A.C. 410.}
 gere velimus, auri amorem omnibus aliis
 rationibus prætulisse videbimur, & idem
 sequetur malum. Illi, quos ad Conversionsionem
 vocabimus, Monasterium ingredientes
 mediam Bonorum suorum Partem serva-
 bunt. Inde infert, omnem Honorati Hæ-
 reditatem Ecclesiæ Thiavanæ pro more
 adscribendam, ut scandalum, & avaritiæ
 suspicio præsertim nuper Ecclesiæ recon-
 ciliatis tollatur. Rem istam, inquit, nar-
 ravi Confratri nostro Episcopo Samsucio,
 valde miranti, quod hæc nobis sedisset Sen-
 tentia; vel eo solo nos a tali pacto abstra-
 bi oportuisse affirmabat, quod speciem sal-
 tem pudendæ avaritiæ, & non modo Epis-
 copis, sed quocunque homine indignæ præ-
 seferat. (*) Nihilominus S. Augustinus
 mediam partem, quam promiserat, Mo-
 nasterio Tagastano dare non renuit. Sub
 illud tempus amicorum aliquis, cui no-
 men Constantinus, S. Augustino, cum si-
 mul ruri essent, librum Petiliani Episco-
 pi Donatistæ dedit, instanter rogans, ut
 responderet. Titulus Libro præfixus erat: ^{II. Retr. c.}
de Baptismo unico. Et propositum, ^{34. de uno}
 ostendere, ipsos solos verum Baptismum ha- ^{Bapt. c. I}
 bere. ^{to. 9. p. 527}

(*) Hæc Interpres Germanus ita obscure
 transtulit, ut intelligi non satis possint. Multos
 alios minoris momenti errores prætereo.

Sæculum V. bere. Hunc S. Augustinus edito libro
 A. C. 410. cui eundem etiam posuit Titulum:
Baptismo unico refutavit, nihil aliud
 ro affert, quam quæ in aliis ejus Libris
 hac Materia leguntur.

§. XXVI.

Leges contra Donatistas.

Donatistæ Legem obtinuerant, qua
 Religionem eorum profiteri licebat.
 Hanc ab Honorio impetrasse creduntur
 illo tempore, quo Constantinus, a Ty-
 ranno Attalo, missus in Africa timebatur,

Sup. §. 20. nempe circa medium anni 409. cum Lex
 ista non nihil addidisset audaciæ, immen-

Aug. ep. III. crudelitate sæviebant. Domos diripi-
al. 122. ad bant, penum pessumdabant, vinum, ali-
Victori. que liquores effundebant, ignem Te-
 subiciebant. Si quis ex Clericis Catho-

licorum in eorum manus incidisset, post-
 quam enormia vulnera infixissent, cal-
 cem, & acetum captorum oculis ingere-
 bant. Quadam die S. Augustino relatum,
 quod in uno loco homines quadraginta
 octo rebaptizaverint, ingentium tormen-

Ep. 88. al. 68. torum metu coactos. Unus ex eorum
ad Janu. n. Presbyteris, cui nomen Restitutus, Vi-
6. cont. Cresc. ctoriae habitans in Ditione Hipponensi, li-
III. c. 48. berrima voluntate, antequam Leges id

præcipientes emanassent, Catholicis se
Ep. 105. al. junxit. Ecce adsunt Clerici Donatistarum,
166. ad Dom. & Circumcelliones, Presbyterum e do-
.l. 3.

mo sua luce meridiana rapiunt, & in pro-
 ximum oppidum trahunt. Ibi miser po-
 pulo inspectante, & obsistere non auden-
 te, furiosorum arbitrio verberatur, in lu-
 tosa piscina volutatur, atque ut ridendi
 etiam occasionem haberent, matta junci-
 na vestitur. Postquam satis lusissent, in
 quemdam locum, ad quem Catholici ac-
 cedere non audebant, deducunt, & vi-
 rum non nisi vi adhibita coacti post duo-
 decim demum dies reddiderunt. Nihilo-
 minus post breve tempus ab iisdem occi-
 sus est. Alteri Sacerdoti, cui nomen In-
 nocens, uno digito abscisso etiam oculum
 eruerunt.

Sæculum V.
 A.C. 410.

Aug. ep. 133.
 al. 159. ad
 Marcell.

Cod. Afr. n.
 107. Dion
 Exig.

Donatista.

L. 51. C. Th.
 de Hær.

Ut his malis remedium ferrent, Epis-
 copi Catholici Carthagine decimo octa-
 vo Kalendas Julii post octavum Honorii
 Consulatum, & Theodosii tertium, id est,
 14. Jun. 401. congregati sunt. In eo
 Conventu decretum, ut Legati ad Impe-
 ratorem mitterentur, qui abrogationem
 Legis, qua Donatistæ abutebantur, nem-
 pe liberam suæ Religionis Professionem
 prohiberi postularent. Legati fuere Epis-
 copi Florentius, Possidius, Bresidius, &
 Benenatus. Facile, quod petebant obti-
 nuerunt, cum jam in Africa, Constantino
 profligato, & Attalo Purpuram ponere
 jussu, Honorii Auctoritas non periclitare-
 tur. Igitur Honorius Legem edidit,
 octavo Kal. Sept. Varano Consule, id est,

Hist. Eccles. Tom. V. Hh 25.

Sæculum V. 25. Aug. anno 410. altera post captam
A.C. 410. Gothis Romam die datam. In ea Lege
 prohibetur, ne illa Lege, quam subrepticie impetrassent, non obstante publico conventus agant, addita transgressionibus proscriptionis, & mortis inferendæ pœna. Non solebant Principes tam atroces pœnas Hæreticis minitari; sed tantum rigorem Donatistarum furor exigebat. Hæc Lex ad Comitem Heracclianum, Inclytum Africæ Defensorem directæ est.

Legati Concilii Carthaginensis aliarum ab Imperatore Honorio obtinuerunt Rescriptum, quo Donatistæ ad Colloquium publicum congregari jubebantur. Hoc Remedium Episcopi Catholici, presertim S. Augustinus, ad errorem populi eximendum efficacissimum judicabant. Episcopi Donatistæ moveri non poterant, ut cum Catholicis conferrent, quamvis sæpissime fuissent invitati, illud vero quod contra Donatistas sub Constantino ante annos ferme centum actum fuerat, populorum memoria exciderat. Imperatoris Honorii Rescriptum dirigebatur ad Flavium Marcellinum, Tribunalium & Notarium, quod officium illo tempore erat spectatissimum. Erat Marcellinus vir pius, atque SS. Hieronymo, & Augustino carus, quod ex ipsorum Epistolis dispicitur. In illo rescripto præcipitur,

Poss. vit. c. 3.
Aug. III.
cont. Jul. c.
1. n. 5.

Coll. 1. c. 4.

Hier. ep. 82.
Aug. ep. 136.
al. 58.

tur, ut Episcopi Donatistæ intra quatuor Menses Carthagine conveniant, & Episcopi utrinque delecti mutuo conferant. Si Donatistæ, ter vocati, non venerint, suarum Ecclesiarum possessione priventur. Marcellinus in his collationibus Judex constituitur, (*) ut mandatum istud, aliasque Leges pro Religione Catholica editas exequatur. Eique Imperator Potestatem tribuit, ex Ministris Proconsulis, Vicarii Prætorio Præfecti omniumque aliorum Prætorum assumendi quoscunque ad perficienda sua mandata sibi necessarios existimaverint. Istud Rescriptum Ravennæ pridie Idus Octobr. anno 410. datum.

Sæculum V.
A. C. 410.

§. XXVII.

Leges contra Hæreticos in Oriente.

In Oriente quoque contra Hæreticos Leges ferebantur. Eodem anno 410. 21. Febr. seu Nono Kal. Martii, Varano Consule edita Lex est, ad Anthemium Prætorio in Oriente Præfectum directa,

L. 48. C. Th.
de Hær.

H h 2 qua

(*) Hic Anonymo I consentio, dicenti, Marcellinum in rigore Judicis Personam non sustinuisse, nec Imperatorem eidem id muneris, quod ipse non habebat, potuisse tribuere, sed Episcopos, spe majoris Boni, quale erat conversio plurimorum Donatitarum, quæ etiam secuta est, non nihil dissimulasse.

Sæculum V. qua prohibetur, ne Montanistæ, & Priscillianistæ ad juramentum Militiæ præ-

A.C. 410.

standum admittantur, nec ideo ab omnibus municipalibus, aliisque, quibus conditione nascendi subjiciuntur, exempti sint. Priscillianistæ, de quibus hic

L. 49. l. 50.
60d.

mentio fit, non sunt Sectatores Priscilliani, sed Priscillæ falsæ Montanæ Prophetissæ Discipuli. Prima Mensis sequentis

Martii Lex alia contra Eunomianos lata, qua prohibentur donatione vel testamento quidquam dare vel accipere. Quæ donata fuerint, Fisco addicantur, nec ea quisquam privatus ab Imperatore dono acquirere possit.

Synes. ep. 5.
p. 166.

Socr. VII.

c. 3.

Nempe Catholicorum aliqui Hæreticos non tam amore Religionis, quam pecuniæ deferebant, atque eorum spoliis inhiabant; at sordidam avaritiam Sancti Episcopi damnabant.

Sub idem tempus Episcopus Synnadenus in Phrygia, cui nomen Theodosius, Hæreticos illius Regionis, in qua multos Macedonianos reperire erat, fervide persequebatur. Eos non ex Civitatibus solum, sed etiam ex agris ejiciebat. *Hac vero agendi ratione* (inquit de eo Socrates) *non sequebatur morem Ecclesiæ Catholicæ, quæ neminem persequi solet.* Vult dicere, nimium fuisse hujus viri furorem. Etenim non Fidei zelo, sed cupiditate, ut detractis Hæreticorum potiretur divitiis, agebatur. Omnem ergo contra Macedonianos

donianos movebat lapidem, in Judicium Sæculum V.
A.C. 410.
 vocabat, Clerici, ipso jubente, arma capi-
 eiebant. Neminem autem magis quam
 eorumdem Episcopum nomine Agapetum
 vexabat, cumque ipso quidem Judice Ma-
 gistratus illius Provinciæ eum non satis
 punirent, Constantinopolim se contulit, ut
 mandatum a Præfecto Prætorio impetra-
 ret. Dum ipse Constantinopoli moratur,
 Agapetus desperatione impulsus, quis
 crederet? optimum consilium arripuit.
 Nam postquam cum omnibus Clericis
 suis deliberasset, convocato populo, per-
 suasit, ut Fidem Catholicam amplecte-
 rentur. Deducit ad Ecclesiam, recitat
 consuetas preces, & in Cathedra, quam
 Theodosius occupare solebat, confidet.

Itaque Agapetus, conjunctis diversæ
 Communionis populis, exinde Confub-
 stantialitatem Verbi docuit, & Possessionem
 Ecclesiarum, quæ Synnadensi sube-
 rant, adiit. Theodosius haud diu postea
 cum mandatis Præfecti reversus, tantæ
 mutationis nescius, recta ad Ecclesiam
 contendit, sed omnium consensu repellitur.
 Constantinopolim deinde rediit, &
 apud Episcopum Atticum injuria se expul-
 sum querebatur, verum Atticus videns
 totam hanc causam ad Ecclesiæ emolu-
 mentum versam esse, Theodosium conso-
 labatur, & Auctor erat, ut vitæ privatæ
 tranquillitatem eligeret, & Bonum publi-
 cum

Sæculum V. cum proprio commodo anteponeret. Ad
 A. C. 410. Agapetum vero scripsit; sollicitus esse
 nollet, an Theodosius irasceretur, sed Episcopatum
 servaret.

§. XXVIII.

*Quæ Colloquium Carthaginense præ-
 cesserunt.*

Ubi Marcellinus Tribunus Carthaginensem
 pervenit, quod habebat, Mandatum
 exhibuit; in eo omnes Episcopi Africae
 tam Catholici, quam Donatistæ intra qua-
 tuor Menses, nempe prima die Junii Car-
 thaginensem venire monebantur, ad cele-
 brandum ibi Concilium. Omnibus etiam
 Civitatum Magistratibus Marcellinus
 mandavit, ut id Episcopis significant, rursusque
 Imperatoris Rescriptum, & hoc
 Decretum indicent. Promittit, etiam si
 id sibi ab Imperatore non esset manda-
 tum, Episcopis Donatistis, qui venire pro-
 miserint, Ecclesias, vi Legum ipsis abla-
 tas, esse reddendas, & potestatem facit,
 alium quoque Judicem eligendi, qui se-
 cum hujus Litis arbiter sit. Tandem ju-
 ramento affirmat, nihil se nisi ex Justitiæ
 Legibus acturum, Donatistas lenissime ha-
 biturum, & singulis plenam domum re-
 meandi libertatem fore. Prohibet ne
 quis interim auctoritate Legum antece-
 dentium quemquam in Judicio persequatur.
 Istud Edictum 14. Kalendas Martii, id

Coll. 1. c. 5.
Aug. brev. c. 5.
Coll. 1. c. 5.

id est, 16. Febr. 411. datum erat. Itaque ^{Sæculum V.}
 quamvis constituta venientibus dies esset ^{A.C. 411.}
 decima sexta Maji, spatium tamen am- ^{Aug. brevic.}
 plius usque ad primam Junii indulgebat. ^{I. c. 8.}

Episcopi Donatistarum maximo, quo
 potuere, numero, Carthaginem venerunt,
 ut ostenderent, injuriam sibi facere Ca-
 tholicos, dum dicerent, paucissimos esse.
 In epistola omnium Primatum, quam
 quisque ad Episcopos Provinciæ suæ mi-
 sit, dicta Tractoria, præcipiebatur, ut mis-
 sis cæteris omnibus, celeriter Carthagi- ^{Aug. post.}
 nem se conferrent, ne causæ suæ diffidere ^{Coll. 24.}
 viderentur. Ergo omnes profecti sunt, illis
 solis remanentibus, quos morbus, vel ex-
 trema Senectus longum iter suscipere pro-
 hibuit. Aliquos infirmitas in via occu-
 pavit. Nihilominus numero ferme du-
 centi septuaginta adfuere. Ingressi sunt
 Carthaginem 18. Maji, simul omnes, or- ^{Coll. c. 25.}
 dine, & bini procedentes, ita ut totius ^{c. 14. c. 29.}
 Civitatis oculos in se converterent. Epis- ^{Brevic. I.}
 copi Catholici numero ducenti octoginta ^{c. II.}
 sex sine pompa, & strepitu intrarunt.

Postquam omnes advenissent, Marcel-
 linus alterum Mandatum vulgari jussit, ^{Coll. I. c. 10.}
 in quo Episcopis suadebat, ut utrinque
 septem Viros deligerent, qui colloqueren-
 tur, & septem alios, qui, si esset necesse,
 consilio juvarent, ea conditione, ut ipsi
 sflerent, dum primi loquerentur. *Con-*
ferendi locus, inquit, erunt Thermae Gar-
gilitanae.

Sæculum V. *gilianæ.* Nemo de populo, imo nullus alius
 A. C. 411. *Episcopus intrabit, ut tumultus occurrat*
 tollatur. Verum ante diem Collationis
 constitutam omnes utriusque Partis *Epis-*
copi datis litteris manu sua signatis pro-
 mittent, omnia se, quæ septem *Episcopis*
 ipsis delegati egerint, rata & firma habi-
 turos. *Episcopi* pro Concione dicentes bor-
 tabuntur populos, ut in quiete & silentio
 exitum expectent. Tunc Sententiam meam
 in lucem edam, & totius Populi *Carthagi-*
nensis oculis exponam. Omnia quoque
 Acta Collationis publicabo; aut majori
 certitudinis causa omnibus, quæ dixeris,
 primus subscribam, & omnes *Mandatarii*
 similiter dictis suis subscribent, ne quis ea
 quæ locutus fuerit, negare possit. Præter
 Delegationis meæ *Ministros* quatuor *No-*
tarios Ecclesiasticos Pars utraque dabit, ut
 uno cessante alter labori succedat, & ne
 fallendi facultas sit, quatuor utrinque
Episcopi diligentur, qui *Scribas*, & *No-*
tarios observent, ut dum isti per vices ex-
 eunt, *Episcopi* illa describi jubeant inte-
 gra, quæ *Notis* designata fuerint. Sic
 Collationem interrumpere non erit neces-
 se, & septem *Episcopi* delegati subscribere
 poterunt. Post primam Collationis
 diem unius diei moram concedam, qua
 Acta describantur, & *Episcopi* signent;
 tum Colloquium, si necessarium fuerit, die
 tertia prosequantur. Porro, donec omnia
 fuerint

Colloquium
 Carthagi-
 nense.

fuerint finita, singula folia, & Subscri-
 ptiones meo Sigillo, & octo Episcoporum
 Custodum munita asservabuntur. Maxi-
 mianistæ ad Colloquium non admittentur.
 Episcopi utriusque Partis, priusquam Col-
 lationi statuta die initium detur, litteris
 datis me certiozem facient, quod in hunc
 ordinem servandum consentiant, & suffi-
 ciet, sibi Primates subscripserint. Itaque
 universim non plures triginta sex Episco-
 pos Collationi interesse oportuit, utrin-
 que decem & octo, nempe septem, qui
 disputarent, alii septem, qui consilium
 suggererent, & quatuor, qui Acta custo-
 dirent.

Maximianistæ ab aliis Donatistis Con-
 fratribus in Concilio Bagajano anno 394.
 damnati, supplicem Libellum obtulerant,
 quo ad colloquendum admitti petebant,
 at Catholici iis hunc qualemcunque ho-
 norem concedere noluerunt, quod sci-
 rent, hos Sectarios in certaminis Gloria
 paucitatis suæ solatium quærere, & quam-
 vis victoriam non sperarent, nihilominus
 disputandi honorem exoptare, ut mayo-
 ris Auctoritatis speciem apud alios Do-
 natistas, a quibus spernebantur, sibi con-
 ciliarent.

Ut Marcellini Decreto satisfacerent,
 Donatistæ Litteras suas tradiderunt, octa-
 vo Kal. Jun. id est, 25. Maji datas, quibus
 duo eorum Primates, Januarius Episco-
 pus

Sæculum V.
 A.C. 411.

Aug. brev. c. 4.
 Sup. XIX. §. 54.
 Aug. III. cont. Jul. c. 1.

Coll. I. c. 14.

H h 5 pus

Sæculum V.
A.C. 411.

pus Casæ nigræ, & Primianus Episcopus Carthaginensis subscripserant. Dicunt, se jam decima octava Maji Carthaginam intrasse, & primo Marcellini Decretam diligenter obedivisse, ut nullum eorum vel gravis Senectus, vel itineris longitudo retardaverit; solos abesse, quos morbus venire prohibuisset. Petunt deinde, ad Collationem omnes admitti, ut Adversarios suos, paucitatem sibi exprobrantes, mendacii convincerent.

§. XXIX.

Quid Catholici promiserint.

Coll. I. c. 16.
ap. Aug. ep.
128.

Episcopi Catholici sua quoque ex parte, ut in Marcellini Decreto præcipiebatur, litteras dederunt, quibus omnium Cæterorum Nomine Aurelius Episcopus Carthaginensis, & Silvanus Episcopus Summanus Numidiæ Primas subscripserunt. Promittunt, se omnia, quæ Marcellinus mandavit, observaturos, estque verisimile, nihil in eo fuisse contentum, quod prius Episcopis Catholicis non communicasset. Dicunt etiam, se populum exhortaturos, ut in pace se contineat, & Colloquii locum non adeat. Tum subdunt: *Si Adversarii nostri nobis demonstraverint, veram Ecclesiam in sola Donati Secta coarctatam esse, Episcopali honore nos abdicabimus, Et ipsos sequemur Duces. Si vero nos irrefragabiliter probaverint*

haerimus, Ecclesiam per orbem terrarum ^{Saeculum V.}
 diffusam ob cuiuscunque hominis peccata ^{A. C. 411.}
 interire non potuisse, consentimus, ut, si
 ad nos redeant, Episcopali Honore non
 priventur; sic omnibus fiet manifestum,
 quod non eorum Sacramenta, sed errores
 detestemur. Unusquisque nostrum in Ec-
 clesiis, ubi Collegam habuerit, vice sua
 Conventui praerit, praesente Collega tan-
 quam hospite. Unus in hac Ecclesia praee-
 sse poterit, & alter in alia, & si conti-
 gerit, unum fatiis fungi, in singulis Eccle-
 siis secundum antiquam consuetudinem
 unus erit Episcopus. Nec quod hic sta-
 tuimus, novum est, id enim ab initio, si
 qui a Schismate converterentur, observa-
 tum. Si populus Christianus duos Episco-
 pos in una Sede contra consuetudinem pati
 non possit, utraque Pars cedat. Sufficit
 nobis ad Salutem consequendam, si Chri-
 stiani fuerimus, Fideles, & obedientes.
 Non propter nos, sed propter populum
 Episcopi ordinati sumus, ergo Episcopa-
 tum prout utilitas populi postulaverit, vel
 deponamus, vel retineamus. Haec tibi ideo
 scribimus, ut omnibus nota facias.

S. Augustino, & quibusdam aliis ejus- ^{Aug. de Gest.}
 dem Collegis hac de re colloquia miscen- ^{cum Emer.}
 tibus; Episcopatum servandum esse, vel ^{n. 6.}
 dimittendum, prout unum vel alterum
 ad firmandam Jesu Christi pacem utilius
 fuerit, & perpendentibus qua indole sin-
 guli

Sæculum V.
A.C. 411.

guli Confratres eorum essent, pauci
debantur ea fervere Charitate, ut credi
possent pro Dei honore officium Episco-
pale resignaturi. Dicebant: *iste poterit
banc de seipso victoriam reportare, hic
poterit. Hic consentiet, ille repugnabit.*
Postquam vero in Concilio, ubi ferme
trecenti Episcopi Catholici præsentati
erant, res hæc proposita, omnes assensu-
runt, & tantus fuit omnium zelus, ut
Episcopatum relinquere sponderent, si
id ad tollendum Schisma foret necessa-
rium. Duo non plures inventi sunt,
quibus displicebat consilium, unus
admodum senex, qui mentem suam libe-
rime professus est, alter nihil quidem
dixit, sed quid sentiret sub tristi & fastidien-
te vultu indicabat; verumtamen senex
cæterorum omnium reprehensionem non
ferens, sententiam mutavit, & alter vul-
tum.

Coll. I. c. 17.
ibid. c. 18.
Ap. Aug.
ep. 129.

Marcellinus Donatistarum, & Catho-
licorum litteras, suaque Mandata in lu-
cem edidit, ut omnia populo manifesta
fierent. Catholici alteram ei tradide-
runt Epistolam, in qua Donatistarum li-
teris respondent. Dicunt, id se non parum
sollicitos tenere, quod Donatistarum Epis-
copi omnes colloquio interesse petant,
*nisi forte, inquit, ideo petant, ut nos
in jucundissimam admirationem rapiant,
si simul omnes ad Ecclesiæ Catholicæ uni-
tatem*

tatem redeant. Quale enim illud est, quod dicant, ideo omnes & singulos ad futuros, ut magnum suorum numerum ostendant, & Adversarios suos mendacii convincant? si nostri non nunquam dixerunt, paucos esse, id verissime dicere poterant de illis locis, in quibus nos numero multum superiores sumus, praesertim in Provincia Proconsulari; nam Numidia Consulari excepta in aliis Africae Provinciis nobis multo pauciores sunt. Saltem bene dicimus, paucissimos esse, si Donatistae conferantur cum omnibus Nationibus, quas Ecclesia Catholica complectitur. (*) Si autem in hac Collatione magnum suorum numerum ostentare voluerunt, nunquid istud meliore ordine, & majore tranquillitate efficere poterant, si omnes subscripsissent? cur ergo omnes Colloquio adesse petunt? si omnes locuturi sunt, quanta perturbatio? si non loquantur, quid ibi facient? etsi nemo clamet, vel solum tantae multitudinis murmur conferentes turbabit. Cum igitur suspicemur, ipsos tumultum velle excitare,

Saeculum V.
A.C. 411.

n. 6.

(*) Quod tunc Catholici Donatistis objiciebant, videlicet exiguum eorum numerum, id jure merito hodieque singulis A catholicorum Sectis objicimus, quæ, dissimulatis etiam omnibus aliis argumentis, vel solum ideo vera Christi Ecclesia esse non possunt, quod eam in universum orbem diffundi oporteat.

Sæculum V. *citare, consentimus, ut ipsi omnes veniant*
A.C. 411. *ea tamen conditione, ut Nostri eo tantum*
adsint numero, quem sufficientem judicemus.
Itaque si exortæ fuerint turbæ, in illis
culpa erit rejicienda, qui inutilem multo-
tudinem attulerint ad negotium, quod nisi
inter paucos perfici potest. Si autem
multitudo ad reconciliationem necessariam
fuerit, omnes veniemus, quantocunque presen-
tierint.

§. XXX.

S. Augustini Sermones.

Serm. 357.
al. 35.
Serm.
 Interim Episcopi Catholici, quod Marcellinus petierat, & ipsi promiserant, populos ad conservandam pacem hortabantur. Duo nobis S. Augustini Sermones supersunt, Carthagine hac super paucos ante Collationem dies pronuntiati. In eorum primo ostendit, quantum Bonum sit Pax, & quam facile obtineri possit, cum se ipsam quærentibus eam offerat. Dicit, Donatistas mansuetudine ad pacem adducendos. *Nemo, inquit, cum Donatista jurgetur. Nemo vel Fidem suam verbis defendat, ne quærentibus litigandi occasionem præbeat. Si quis convicietur, tolera, dissimula, perge viam tuam. Cogita hominem esse, prævenesi correptum, tua patientia sanandum. At, inquis, pati non possum contra Ecclesiam blasphemias vomentem. Ut patiaris, Eccle-*

Ecclesia te rogat. Episcopi mei famam corrodit, mentiatur, calumniatur, num tacere possim? sine eum mentiri, tace, tolera, sed non approba. Episcopo tuo optime servies, si hodie causam ejus defendendam non susceperis. Quid ergo faciam? ferventer ora! objurganti te nihil responde, sed loquere ad Deum pro eo, vel huic pacis inimico mansuete dicas: quidquid dixeris, quamvis me oderis, frater meus es. Ardentem loquere, sed in Spiritu lenitatis, & preces nobiscum ad Deum funde hujus solemnem Jejunii tempore, quod post Pentecosten observamus; nam si hæc jejunandi causa non supervenisset, isto tempore tamen jejunarem. Adjiciamus largas Eleemosinas, hospitales simus, huic virtuti exercendæ aptissimum est tempus istud. Nempe tantus Episcoporum Conventus maximum Advenarum numerum Carthaginem adduxerat. Jejunium solemne, de quo hic S. Augustinus loquitur, erat illud quatuor temporum in Pentecoste, quod Festum illo anno 411. in decimam quartam Maji inciderat, cum Pascha vigesima sexta Martii fuisset celebratum. Igitur Jejunium quatuor temporum die Mercurii 17. Maji cœperat, & Sabbato 20ma claudebatur.

Sæculum V.
A. C. 411.

In secundo Sermone S. Augustinus *Serm. 358.*
edicit, Episcopos Catholicos ad Episcopos Donatistas in Ecclesias suas recipiendos

Sæculum V.
A. C. 411.
dos esse paratos, aut omnino relinquere
das ipsis Cathedras, quod jam antea in
suis litteris promiserant. Et subiungit
Nemo ex vobis Fratres in locum Collationis se ingerat. Imo si fieri possit, etiam transitum per illam plateam devitate, et illis disputandi, & iurgandi ansam detis qui id exoptant. Qui Deum non timeant, & monita nostra non curant, saltem potestatis Sæcularis vigorem pertimescant. Mandatum viri illius illustris, quod publice propositum, vidistis. Dicetis mihi ergo nihil agemus, & inutiles erimus? non utiliore forte vobis relinquimus Provincia. Nos pro vobis disputabimus, vos pro nobis orate; orationi, ut jam dicimus, jejunia, & Eleemosinas jungite. Nil plus nobis utilitatis afferetis, quam nos vobis.

§. XXXI.

Delegatorum Episcoporum Mandata.

Col. 1. c. 55.
Die trigesima Maji omnibus Episcopis Catholicis in Synodum congregatis in Ecclesia Carthaginensi, duobus Præmatibus Aurelio, & Silvano præsidentibus, conscripta sunt Mandata; in his Causa Ecclesiæ adversus Donatistas quibusdam Episcopis committebatur. Episcopi Catholici totam Causam summam referebant, sicut etiam in secunda sua Epistola fecerant. Quæstionem Juris, & Cau-

Causam Ecclesiæ a causa Cæciliani, & Sæculum V.
 Quæstione facti separarunt, & monstra- A.C. 411.
 bant, Ecclesiam Catholicam per totum
 terrarum orbem secundum promissionem
 Dei esse dispersam. Malos, qui vel igno-
 rantia, vel pacis amore in Ecclesia tole-
 rantur, Bonis, qui eos tolerant, & pec-
 cata eorum averfantur, non nocere. Cæ-
 cilianum, & Felicem Aptungitanum, ab
 omnibus, quæ ipsis objecta, plene fuisse
 purgatos, tandem eo ipso rigore, quo
 Donatistæ in Maximianistas agerent, om-
 nia, quæ ipsi in Catholicis de Baptismo,
 de Persecutione, de communicatione
 cum peccatoribus, reprehendebant, sa-
 tis refutari. Episcopi Catholici ista tam *Brevic. Coll.*
 in Litteris suis, quam in mandatis accu- *I. c. 10.*
 rate explicandâ esse censuerunt, quia ad
 aures eorum pervenerat, Donatistas ex-
 ceptiones, & argutias allaturos, quæ si
 non audirentur Colloquium abrumpe-
 rent, & discederent; Catholicis autem
 id maxime curæ erat, ut in Actis, quæ
 posteritati erant consignanda, Causa Ec-
 clesiæ saltem summatim tractaretur, &
 nemo nesciret, ideo Donatistas Collatio-
 nem refugisse, ne populi Causæ eorum
 infirmitatem perspicerent. In calce Lit-
 terarum octodecim Delegati nominan-
 tur, septem qui conferrent, nempe Au-
 relius, Alypius, Augustinus, Vincentius,
 Fortunatus Fortunatianus, & Possidius;
Hist. Eccles. Tom. V. I i septem

Sæculum V.
A. C. 411.
Coll. n. 148. septem Consultores, nempe Novatus, Florentius, Maurentius, Priscus, Serenianus, Bonifacius, & Scillacius. Quatuor, qui Ad custodirent, Deuterius, Leo, Asterius, & Restitutus. Donatistæ quoque 25. Magistris Delegatis suis Litteras dederant procuratorias, in quibus hæc pauca verba leguntur: *Ecclesiæ Causam vobis concedimus, & ejus Defensores vos constituimus contra Traditores, qui nos persequuntur, & datis Libellis nos in Judicium coram Illustrissimo Marcellino pertraxerunt. Quocumque pro Causa Sanctæ Ecclesiæ egeritis, rata habebimus, sicut Subscriptione nostrâ affirmamus.*

§. XXXII.

Prima Collationis Dies.

Gesta Coll. I. **H**is omnibus prævie actis, ubi constituta dies advenit, scilicet prima Junii, anno 411. conventum in Thermis Gargilianis, in medio Civitatis Carthaginensis positis. Atrium erat aere temperato, amplissimum, & in quod lux plenissime incidebat. Primus intravit Marcellinus, eumque secuti sunt Ministri viginti, scilicet Sebastianus, Maximianus, & Petrus, Protectores domestici, id est, Prætoriani. Ursus, Petronius, & Libofusus, Ducenarii. Bonifacius, Evalus, & Filetus Apparitores. Duo Scribæ, quatuor Exceptores, seu Notarii, & quidam alii,

alii, quorum officia non satis nota. Præ-Sæculum V.:
 ter istos viginti Laicos aderant quatuor A.C. 411.
 Notarii Ecclesiastici, seu verba certis no-
 tis designantes, Catholici duo, & toti-
 dem Donatistæ. Tunc Ursus Ducena-
 rius, Marcellinum allocutus, dixit: *Diu*
est, ex quo Amplitudo tua in omnes Africæ
Provincias nos misit, ut intra Menses qua-
tuor Episcopos tam Catholicos, quam Dona-
tistas convocavimus. Elapsum est præsti-
zum tempus, jamque omnes adsunt, scili-
cet ex Provincia Proconsulari, ex Byza-
cena, Numidia, Mauritania, Sitifiensi,
Casariana, & Tripolitana. Si ergo ju-
bes, ingredientur. Marcellinus jussit, ut
 ingrederentur. Donatistarum Episcopi
 omnes intrarunt, at ex parte Catholicorum
 solum octodecim Delegati. Marcellinus
 brevi oratione edixit; fateri se,
 injunctum sibi judicandi munus merita
 sua excedere, magisque decere, ut ipse
 ab Episcopis judicaretur, quam Episcopos
 judicaret. Rescriptum deinde Impera-
 toris, in quo sibi Mandata contineban-
 tur, & ut his obediret duo a se vulgata
 Decreta recitari jussit. Cum in Decreto
 primo non recusaturum se promississet,
 si sibi in hoc Judicio socius daretur, Pe-
 tilianus Episcopus Donatista dixit: *ut*
quid petamus Judices duos nobis jam dari,
qui unum non petivimus? & postquam
 secundum Decretum fuisset recitatum,
 dixit:

li 2

dixit:

n. 7.

Sæculum V. dixit: *imprimis peto, ut ille, qui me in*
 A. C. 411. *Judicium vocavit, ex Domo mea exire*

n. 12.

compulit, & itineris molestias subire cogit, modo, quid postulet, aperiatur, ut sciam quid respondendum, & quid dicendum mihi sit. Marcellinus dixit: *hæc suo loco, & ordine melius fient, jussitque, ut Actorum lectio continuaretur. Lecta est Donatistarum Declaratio, & duæ Catholicorum Epistolæ, quarum Secunda erat ad illorum Declarationem responsum. Hæc omnia Actis inserta.*

n. 13.

n. 14. 16. 18.

Marcellinus quæsit, an Donatistæ suos Mandatarios elegissent, sicut Catholici. Donatistæ responderunt, Catholici eos jam causam dixisse, antequam de conditione Partium quidquam decerneretur. Hæc ideo dicebant, quod in secunda Catholicorum Epistola summam tota Causa fuisset exposita. Petebant ergo, ut prius de tempore, de Persona, de Mandatis, de conditione Causæ, ageretur, antequam rei Summa pertractaretur. Marcellinus dixit; Causam esse adhucdum integram. Rursusque quæsit, an obedientiam suo Decreto præstissent, & elegissent Delegates, qui cæterorum nomine omnia agerent.

Brevic. c. 8.

§. XXXIII.
Donatistarum tergiversationes.
 At Donatistæ de tempore queri cœperunt,

runt, dicentes, jam amplius hanc causam
 discuti non posse, postquam constituta
 dies esset elapsa. Nam quatuor Menses
 in primo Legati Decreto constituti com-
 pleti fuerant 19. Maji & Imperator præ-
 ceperat, ut causa post Menses quatuor
 ageretur; inde Donatistæ eruebant, diem
 inchoando iudicio constitutam præteriis-
 se, petebantque, ut Catholici tanquam
 contumaces damnarentur, quamvis præ-
 sentes essent, & a nemine antea agere in
 iudicio iussi fuissent. Marcellinus re-
 spondit, inter Partes convenisse, ut pri-
 ma Junii se sisterent; & si necdum præ-
 sentes fuissent, concessam sibi ab Impera-
 tore potestatem, Actionem adhucdum
 in duos menses differendi. Quia autem
 dixerat, Exceptionis hujus in tempore
 fundatæ melius coram Tribunali Sæcula-
 ri, quam in iudicio Episcopali usum esse,
 Donatistæ arrepta occasione dixerunt, se
 non Legibus Sæcularibus, sed tantum ex
 Divinis Scripturis judicari oportere. Hac
 super re Legatus Cæsareus utriusque Par-
 tis Sententiam exquisivit. Catholici ro-
 garunt, ut mandata Delegatis suis tradita
 prælegi juberet, affirmantes, ex illis li-
 quere, hoc Negotium se secundum Di-
 vinarum Scripturarum effata, non vero
 secundum Legum Sæcularium apices tra-
 ctasse. Donatistæ huic Lectioni obliste-
 bant, atque aliquamdiu litigium tenuit;

Sæculum V.
 A. C. 411.

Brevic. c. 9.

Sæculum V. at vicerunt Catholici, & lecta sunt Man-
 A.C. 411. data. Vix dies lecta fuerat, Adeodatus

Episcopus Milevitanus Donatista interlo-
 Coll. I. n. 55. cutus dixit: *legatur! sed hæc lectio juri
 nostro non noceat.* Marcellinus dixit: *sæ-
 pius jam edixi, omnia sine cujusquam Pre-
 judicio legi.* Nam Donatistæ antea sæpius

n. 58. his verbis jus suum munierant. Integra
 ergo Mandata lecta, & Subscription-
 nes Episcoporum, qui numero ducenti
 septuaginta præsentem Mandatario Cæla-
 reo subscripserant.

Tum novum jurgium aliquo temporis
 Brevic. c. II. intervallo omnes suspendit. Donatistæ
 petebant, ut omnes, qui Mandatis subscri-
 pserant, in medium procederent, causati,
 Catholicos potuisse Mandatarium Cælaris
 fallere, & viros coram eo adducere ordi-
 nem Episcopalem non tenentes, rursusque
 novos Episcopos præter Cathedras anti-
 quas ordinasse, ut numerum augerent.
 Catholici econtra dicebant, non esse ne-
 cessarium, ut Collegæ ipsorum venirent.
 Timebant, ne Donatistæ Multitudinis oc-
 casione tumultum excitarent, & Colla-
 tionem sufflaminarent, nam ex eorum ca-
 villis satis constabat, quod istud collo-
 quium perhorrescerent, & ideo tantum
 necdum ausos turbas ciere, quod, cum
 ipsi essent numero plurimi, & Catholici
 paucissimi, in ipsos solos culpa cecidisset.

Ca.

Catholici tamen cesserunt, & consensuerunt, ut omnes, qui Mandatis subscriperant, introducerentur. Tum constitit Donatistas non credidisse, tam frequentes Carthaginem advenisse, quia modeste & sine strepitu intraverant.

Sæculum V.
A. C. 411.

§. XXXIV.

Subscriptionum Veritas.

Ergo Episcopi Catholici, qui Delegatorum Mandatis subscriperant, in Conventum admittuntur, utque singulorum Nomina legebantur, prodibant in medium, & a Donatistis ejusdem loci, vel viciniae cognoscebantur. Inde etiam notari poterant oppida, in quibus nullus Episcopus Donatista erat. Omnes Episcopi Catholici, qui manum apposuerant, adfuere, & singuli ubi cogniti fuissent, statim exhibant, illis solum octodecim Delegatis remanentibus.

Brevic. c. 12.
Coll. n. 99.

Cum Victorianus Episcopus Catholicus Mustitensis vocaretur, dixit: *Ecce adsum. Adversarios habeo Felicianum Mustitensem, & Donatum Turiensem.* Tunc Alypius dixit: *Advertite ad Nomen Feliciani. Estne Felicianus in Communione Primiani?* Nempe Felicianus iste a majore Donatistarum Ecclesia, cujus Princeps Primianus erat, tanquam Maximianista damnatus fuerat. Hæc interrogatio Petilianum

n. 122.

Sup. L. XX.
§. 10.

Sæculum V. num perplexum reddidit; dixit tamen
A. C. 411. ad Alypium: *Quis hæc tibi in mandato
 dedit? cujus nomine id quæris? an pro
 absentibus causam agere vis?* Alypius:
Respondeat ad meam quæstionem. Peti-
 lianus: *Hæc res ad causæ substantiam
 n. 126. pertinet.* Marcellinus dixit: *Jam es-
 pta prosequamur. Hæc deinde, si lubes-
 rit, videbitis.* Itaque ulterius subscrip-
 tionum examinata.

Interim Hilarius Exceptor dixit: *Te-
 Coll. 1. n. 132. bellas nostras implevimus. Jubete, ut
 lii Notarii nobis succedant, & date no-
 bis Custodes.* His tabellis cera obducta
 erat, quibus Notas imprimebant. Vi-
 talis Ecclesiæ Catholicæ Diaconus eadem
 monuit. Marcellinus jussit, ut Custo-
 des darentur. Catholici dederunt E-
 piscopos Deuterium, & Restitutum, duos
 ex illis quatuor, quibus id muneris fue-
 rat destinatum. Donatistæ Victorem,
 & Marinianum dederunt. Custodes clau-
 sas tabulas suo Sigillo munierunt, ne
 solvi, & describi ipsis absentibus possent.
 Tum continuatum subscribentium Exa-
 men, quo finito Marcellinus Episcopos
 Episcopi sub- invitavit, ut sederent; molestum sibi ac-
 scribentes. cidere, Episcopos stantes conspiceret,
 dum ipse sederet. Petilianus prolixè
 egit Gratias, dicens, oportere, ut coram
 Judice suo starent. Deinde Donatista-
 rum Mandata, & subscriptiones lectæ.
 Catho-

Catholicis id petentibus omnes fuere ^{Sæculum V.} A. C. 411.
 examinatae, cum omnes Episcopi Dona-
 tistae ordine, quo legebantur, prodirent.
 Primus fuit Januarius Episcopus Casa-
 rum nigrarum, qui dixit, sibi Adversa-
 rium non esse, id est, Episcopum Catho-
 licum in eodem loco. Secundus Primia-
 nus Carthaginensis, unus ex Mandata-
 riis. Tertius Felix Episcopus Romanus;
 quo prodeunte Aurelius Episcopus Ca-
 tholicus Carthaginensis dixit: *Dicat se*
Episcopum Romanum, sed salvo absentis
jure, nempe Innocentii Papæ. Petilia-
 nus Episcopus Donatista dixit: *Causam,*
quæ eum huc venire compulerit, nemo i-
gnorat, & omnes scitis, Romanæ urbis
Nobilitatem hic versari. Volebat in-
 nuere, Felicem ab illa ipsa tempestate,
 qua plures alii Romani, post Alarici in-
 vasionem in Africam delatum. Aurelius
 dixit: *Nobis quoque liberum fuisset, E-*
piscopos Ultramarinos accersere, ut eo-
rum Nomina Litteris nostris adderentur.
Sed, quamvis ipsum Episcopis Africæ ac-
censeri oporteat, abundantia indulgentia
subscripsisse patiar, salva Episcopi Roma-
ni Auctoritate.

Postquam decem Episcopi suam sub-
 scriptionem professi fuere, volebat Mar-
 cellinus moras abrumpere, eosque no-
 mine cæterorum omnium subscriptiones
 testatas facere. At Donatistæ singu-
 li

n. 164.

n. 165. &c.

li 5

li

Sæculum V. li prodire voluerunt, obtendentes, quod
A. C. 411. Adversarii magnum esse suorum nume-
 rum negarent. Inter Subscriptiones in-
 venta est una, quam Presbyter nomine
 sui Episcopi apposuerat. Petilianus di-
 xit: *Episcopus oculis captus est.* Aly-
 pius dixit: *Respondete, an præsens sit.*
 Primianus: *Fateamur verum; cæcus est,*
venire non potuit, misit suum Presbyte-
rum. Alypius: *Notetur! quod etiam*
absentium nomina velint inserere. Er-
go nos quoque possemus inserere nomina
omnium Episcoporum Catholicorum, qui
morbo, vel quacunque alia de causa veni-
re prohibiti sunt. Aliquorum aliorum
 etiam absentium nomina occurrerunt,
 pro quibus alii subscripserant, ut aug-
 retur numerus. Quod vult Deus Epis-
 copus Cessitanus in Mauritania, nomi-
 natus, non prodiit. Dixit Petilianus:
Mortuus est in via. Fortunatianus u-
 nus ex Catholicis Delegatis dixit: *Quo-*
modo ergo subscripsit? Petilianus: *Ser-*
mo fuit de alio. Credebant Catholici,
 ipsos velle innuere, quod alius pro ipso
 subscripserit. Sed verba Subscriptionis
 indicabant, quod ipse manu sua ægro-
 tans subscripsisset. Deinde dixerunt, ip-
 sum Carthagine subscripsisse ægotan-
 tem, & redeuntem ad sua fuisse morte oc-
 cupatum. Catholici petierunt, ut ea,
 quæ Petilianus dixerat, relegerentur,
 non

n. 195. 208.

209.

n. 200.

n. 207.

Aug. brev.

c. 14.

non enim huic Responsioni cohærebant. Sæculum V.
A. C. 411.
 Marcellinus petiit, ut coram Deo fate-
 rentur, an Quodvult Deus in sensu, quo
 Mandata scripta, Carthagine præsens
 fuerit. Emeritus coactus est dicere:
Perinde est, si ipse vel alius subscripserit.
 Atque ita mendacii convicti sunt.

§. XXXV.

Episcoporum Numerus.

Omnium Subscriptionibus examinatis,
 Marcellinus a suis Episcoporum u-
 triusque Partis numerum iniri iussit.
 Donatistarum Episcopi numerati sunt du-
 centi sexaginta & novem, etiam absenti-
 bus, pro quibus alii subscripserant, & ipso
 Defuncto, comprehensis. Catholici du-
 centi sexaginta sex fuere, qui subscripse-
 rant, & alii viginti, qui in Mandata vi-
 va voce consenserunt; itaque univer-
 sim ducenti octoginta sex Episcopi. A-
 lypius edixit, centum viginti sex vel va-
 letudinis, vel senectutis vel alterius Ne-
 cessitatis causa abesse. Ad hæc Petilia-
 nus: *Scribatur, ex Parte nostra longe
 plures esse absentes Episcopos, & Cathe-
 dras vacantes, in quibus Episcopi ordi-
 nandi.* Hoc Monitum contrarium erat
 Donatistarum Declarationi, quam ante
 Collationem ediderant, solos ægrotos e-
 mansisse. Fortunatianus edixit, Catho-
 licorum

n. 213.

n. 217.

Sup. n. 28.

Aug. Brev.

c. 14.

Sæculum V.
A. C. 411. licorum quoque Sedes sexaginta quatuor esse vacantes. Inde colligitur, in Africa illa ætate Ecclesiam Catholicam quædringentas septuaginta Episcopales Cathedralas numerasse, etiamsi aliquæ a solis Donatistis occuparentur. Ex his, quotus fuerit in universa Ecclesia Episcoporum numerus, conjicere licet. (*)

n. 218.

Tum vero omnes, quorum Præsentia in collatione non erat necessaria, egressi sunt, Comite Marcellino cum Ministris atque octodecim utrinque Delegatis seu triginta sex Episcopis remanentibus. Marcellino interroganti, quæ jam hora diei esset, Ministrorum aliquis respondit, unam ad noctem superesse horam, seu auditam esse undecimam. Quare omnium consensu in diem tertiam, quæ

n. 119.

erat tertia Junii, dilatum est Colloquium, ut una dies intercederet, qua Acta describerentur. Hæc prima die acta sunt.

221.

§. XXXVI.

(*) Anonymus I. optime adducit testimonium sapientissimi viri D. Langnet, Episcopi Sueffionensis, & deinde Archiepiscopi Senonensis, tempore Concilii Ariminensis sex millia Episcoporum in tota Ecclesia extitisse, atque ex eo sequi, majorem absque comparatione numerum Catholicorum, & non Prævaricatorum, quam Hæreticorum fuisse, ideoque veritati adversari, quod Novatores post Calvinistas dicunt, illa tempestate ferme totam Ecclesiam errasse.

§. XXXVI.

Sæculum V.
A. C. 411.*Secunda Collationis Dies.*

Cum Dies præstituta, Junii tertia, illu-
xisset, in eodem loco convenerunt,
Mandatarium cum Ministris, & utriusque
Partis Delegati. Mandatario iterum ro-
gante, ut considerent, Episcopi Catholi-
ci in præparatis sedilibus acquieverunt,
at Donatistæ recusarunt, dicentes, per
Legem Divinam sibi non licere cum id
genus Adversariis sedere. Marcellinus:
Itaque & ego stabo. Surgunt Catholici,
& ipse sellam suam removeri iussit. Man-
davit deinde legi supplicem Libellum,
sibi pridie a Donatistis oblatum, quo pe-
tebant, Catholicorum Mandata sibi com-
municari, ut parati ad Collationem ve-
nirent, quia Scriptores necdum Acta de-
scribere potuissent. Ad hujus Libelli
calcem Mandatarii Decretum erat sub-
iunctum, quo eis petita concedebat.

3. Junii.

411. Coll. 2.

Brev. coll. 2.

Deinde quærit, an vellent dictis suis
omnibus subscribere, quod in secundo
suo Decreto jusserat. Catholici respon-
derunt, se in litteris suis id promississe.
At Donatistæ dixerunt, rem hanc novam
fore, & præter consuetudinem. Catho-
lici petierunt, ut hæc Donatistarum re-
cusatio actis infereretur. Marcellinus
rursus ex Donatistis quærit, an Custo-
des, quibus Actorum securitati invigi-
landum

Sæculum V.
A. C. 411.
landum erat, placerent. Petierunt, ut sibi Acta descripta communicarentur, ut tequam tenerentur respondere. Inter novæ, & diuturnæ rixæ. Mandatarum ex Actis præcedentis diei prælegi ipsorum Donatistarum consensum, quem dederant, ut hac die Collationem persequi liceret; quia vero Acta necdum erant translata, ex tabulis cereis legabantur, & Donatistæ dicebant, se Notarium legere non didicisse. Marcellinus, ut ipsis adimeret omnem prætextum, quo Fidem suorum Ministrorum suspectam habere possent, tabulas Notariorum Ecclesiasticorum afferri jussit. Afferuntur itaque linteo involutæ, & simul codex pergamenus, in quem ex parte translata erant. Linteum erat sigillatum, Custodes Catholicus, & Donatista signum suum cognoverunt, & frustra obstitentibus Donatistis lecta sunt illa verba, de quibus movebatur quæstio. Quod vero Donatistis major erubescendi occasio fuit, Notarius Donatista Ecclesiæ Sitsiensis hæc legit, erantque illis, quæ Mandatarii Cæsarei Minister legerat, omnino consentanea.

Donatistis objiciebatur, ipsos in Libello præteritæ diei rogasse, sibi tradi Mandata Catholicorum, ideo utique, ut Acta, quæ necdum describi potuissent, supplerentur; *Qua fronte igitur bodie,*
ajebant

ajebant Catholici, *hæc ipsa Acta petitis?* Sæculum V.
 Nihilominus ab hac petitione non desi- A. C. 411.
 stebant; imo antiquas tricas denuo mo-
 vebant, querulantes, præfixum Collatio-
 ni tempus esse elapsum, & quia frigidam
 excusationem in vulgus sparserant, Ca-
 tholici opponebant, ipsos Donatistas hoc
 tempore jam elapso quædam ad Judicium
 spectantia egisse, cum Mandata sua vi-
 gesima quinta Maji dictassent. Tandem
 istorum hominum pervicaciæ cedendum
 fuit, & ne tricæ tricis cumularentur in-
 finitis, concessa est mora, quam petebant.
 Marcellinus interrogavit Scriptores,
 quando Acta integre descripta tradituri
 essent. Petierunt moram usque ad sep-
 timum Idus illius mensis. Ergo Col-
 latio usque ad diem sequentem id est
 sextum Idus illius Mensis, seu octavam
 Junii prorogata, qua die ambæ Partes
 promiserunt ad Collationem paratas se
 fore.

n. 64.

n. 67.

§. XXXVII.

Dies Tertia.

Tertio, & ultimo convenerunt octava 8. Junii.
 Junii anno 411. ubi Partes intrarunt 411. Coll. 3.
 Mandatarius Cæsaris primo quæsit, an *Brev. Coll. 3.*
 exempla Actorum duorum dierum præ-
 cedentium accepissent. Responsum, u-
 na die maturius quam promisissent Scri-
 ptores, nempe non septima, sed sexta
 Junii

Sæculum V. Junii fuisse accepta. Hæc Donatistæ
 A. C. 411. la die hora nona matutina, Catholici ho-
 ra undecima, Pars utraque in sua Eccle-
 sia acceperant, ut ex datis testimoniis
 apparebat. Quis non credidisset, tam-
 dem ad ipsam Quæstionem principales
 processuros, sed Donatistæ iterum mo-
 rose tritari de Partium conditione, dis-
 centes, quod Catholici essent Actores.
 Econtra Catholici asserere, sibi nullam
 liam veniendi causam fuisse, quam ut
 Ecclesiam adversus Donatistarum calu-
 mñas defenderent. Ut Donatistis satis-
 faceret, Mandatarius relegi iussit Impe-
 ratoris Rescriptum, ex quo dispiciebatur,
 Catholicos petiisse, ut Conventus
 ageretur; id non negabant Catholici,
 sed affirmabant, ideo petiisse, ut Eccle-
 siam defenderent. Donatistæ petierunt,
 ut etiam supplex libellus legeretur, quo
 oblato Catholici hoc Rescriptum obti-
 nuerant. Respondit Legatus, morem
 non esse, ejusmodi Rescriptis Libellos
 supplices subjungere. Tum petebant,
 ut saltem Mandata sibi communicarentur,
 quibus instructi Catholicorum De-
 legati hoc Rescriptum obtinuerant; at
 Catholici, cum viderent, Donatistas hæc
 movere, ut optimum tempus perderent,
 & Causæ summam declinarent, constanter
 affirmarunt, hæc Mandata a se peti
 non oportere, & instabant, ut ipsam Cau-
 sam

sam tractare inciperent. Mandatarius quoque dicebat, nihil aliud sibi in mandatis esse, & sua etiam ex parte urgebat, ut initium daretur Collationi de Quæstione principali. Donatistæ etiam de voce: *Catholicus*, cavillari, & dicere, id Nominis sibi competere, quia non illa esset hujus vocis significatio, quod Ecclesia in omnes Nationes diffusa sit, sed quod omnia complectatur Sacramenta. Mandatarius edixit, illos a se Catholicos dici, quos Imperator in Mandatis sibi traditis hoc nomine appellabat, & has voces neutri Parti nocere. Catholici affirmabant, Donatistas Collationem priores petiisse, quod ut probarent, quædam coram Præfecto Prætorio acta recitari petebant; vix autem Dies lecta, nempe tertia Kal. Febr. Arcadio, & Probo Coss. id est, trigesima Jan. anno 406. vix, inquam, hæc dies lecta, cum Donatistæ legentem turbant, antiquas tricas recoquunt, & addunt, esse sibi Acta istis priora, quæ ideo etiam prius legi oporteret. Catholici dixerunt, si vacaret Acta his antiquiora legere, initium ducendum esse ab illis, quibus monstrabatur, Donatistas fuisse aggressores, dum ad Constantinum Imperatorem accusationis Libellos contra Cæcilianum Anulini Proconsulis Ministerio detulerunt. Donatistæ diu, ne hæc legerentur, obsti-

Sæculum V.
 A. C. 411.

C. 4.

Hist. Eccles. Tom. V.

Kk

te-

Sæculum V. terunt, continuas neçtentes tricas. His
 A C. 411. imprudentibus querelæ exciderunt, qui
 Coll. 3. n. 151^I sensim ad delibandam Caufam principem
 n. 193. Post. lem inviti adducerentur; qualivero non
 Coll. c. 24. 25. ad idipsum venissent. Iterato petierunt
 Brevic. c. 6. ut Catholici alterutrum eligerent, atque
 Donatista- vel ex sola Sacra Scriptura, vel ex
 rum tricæ. Actis publicis argumenta contra ipsos
 afferrent. Ad hæc Catholici: *Si vultis
 nihil aliud tractari, quam generatam
 Quæstionem de Ecclesia, & calumnias res-
 stras in Cæcilianum, aliosque Privatos,
 quos Traditores appellatis, retractare, re-
 ventissime non nisi argumenta ex SS. Scri-
 pturis deprompta adhibebimus; at facta
 quæ aliquos viros speciatim tangunt, non
 vos, nec nos sine Actis Judicialibus pro-
 bare possumus.* Tandem Legati Cæcili-
 patientia hominum pervicaciam devicti
 Proconsulis Anulini Relata ad Imperato-
 rem Constantinum lecta sunt, & hoc mo-
 do in Caufæ viscera inquiri cœptum, oc-
 casione jurgii, quod Donatistæ, ad hanc
 inquisitionem amoliendam excitaverant,
 volentes, ut definiretur, quis in hoc ju-
 dicio Actor esset.

§. XXXVIII.

Quæstio de Ecclesia.

Perlectis Anulini Relatis, Donatistæ
 litteras post primam Collationem
 scriptas,

c. 8.
 Coll. 2. n. 255.

scriptas legi petierunt, quibus Mandatis Sæculum V.
Catholicorum respondebant. Has cum A. C. 411.
Romulus Exceptor legere cœpisset, Eme-
ritus legentem turbat, dicens: *Qualis
lectio! sensum non colligit.* S. Augusti-
nus dixit: *Ipsi Donatistæ legant! indul-
geamus ipsis, quod ipsi nobis indulgere
noluerunt.* Habet Deus Episcopus Do-
natista has litteras legit. In ea Quæ-
stio de Ecclesia tractabatur, & legeban-
tur aliqui textus Scripturæ, quibus pro-
bare volebant, Ecclesiam esse totam pul-
chram, nec commixtione impiorum in-
quinatam. Baptismum extra Ecclesiam
collatum nullum esse. In fine quereban-
tur, se jam per integrum Sæculum a Ca-
tholicis persecutionem pati.

n. 258.

Catholici hanc Lectionem ausculta-
runt magna patientia, & legenti nulla-
tenus molesti fuere. Tunc S. Augusti-
nus respondendi provinciam in se susce-
pit; sed cum Donatistæ sæpissime, & ru-
stice in loquentem inveherentur, neces-
se fuit, ut Legatus suam Auctoritatem
interponeret, & tumultuantes in officio
contereret. Ergo S. Augustinus demon-
strabat, quia Textus utrinque citati æ-
qualis essent Auctoritatis, aliqua Distin-
ctione conciliari debere, cum Verbum
divinum sibi ipsi contrarium esse nequeat.

n. 261.

Discernendi sunt duo Status Ecclesiæ,
Conditio Vitæ præsentis, in qua Bonos,
&

n. 217. 273.
Brevit. coll. 3
c. 9.

Sæculum V. & Malos complectitur, & Status Vitæ
A. C. 411. futuræ, ubi Boni & Mali non amplius

erunt permixti, atque Ecclesiæ Filii nec peccato, nec morti subjecti. Docet etiam, qua ratione in hoc mundo a consortio malorum abstinere teneamur, nempe corde separari oportet, & peccatis eorum non consentire, non semper vero est necessarium, ut externa conversatione dividamur. Hic etiam Donatistarum hypocrysin refutat, quod in Collocatione cum Catholicis considerare recessissent, quia scriptum est: *In Concilio impiorum non sedi.* Et tamen cum Catholicis intrare Religioni non duxerint, etiamsi scriptum sit: *Et cum iniquo gentibus non introibo.* Quoniam autem

Psal. 25. 4.

c. 10.

Donatistæ dicebant, hac distinctione duas Ecclesias asseri, S. Augustinus demonstrat, non duas Ecclesias, sed eandem Ecclesiæ diversos Status dari.

§. XXXIX.

Causa Ceciliani.

Quæstione juris hoc modo discussa, Comes Marcellinus voluit, ut de Quæstione Facti, & prima Schismatis origine ageretur. Catholici petierunt, ut Acta, quæ offerebant, legerentur, cui petitioni Donatistæ quamdiu potuerunt, satisfactionis variis tricis, obstiterunt. Tandem ad

ad Cecilianum causam ventum, & primo lecta sunt, quæ Anulinus datis ad Imperatorem Constantinum duabus Epistolis retulerat, & deinde Constantini Epistolæ ad Episcopos datæ, quibus præcipiebatur, ut in causam Cecilianum accusati inquirerent. Rursus Sententia Melchisedis Papæ, aliorumque Episcoporum Galliarum, & Italiæ Romæ congregatorum lecta; postquam autem Acta primæ Sessionis hujus Concilii Romani lecta fuissent, Donatistæ importunitate obtinuerunt, ut dilata lectione secundæ Sessionis, Acta ab ipsis oblata legerentur. Itaque litteras legerunt a Mensurio Episcopo Carthaginensi, Cecilianum Prædecessore, & Secundo Tigistano, Numidiæ Primæ datas, quibus demonstrare nitebantur, quod Mensurius SS. Scripturas sub Persecutione Diocletiani tradidisset; verum hæ litteræ crimen non demonstrabant. Tum legerunt Concilium suum septuaginta Episcoporum contra Cecilianum Carthaginense celebratum, ubi eum condemnarunt absentem, quod a Traditoribus ordinatus fuisset.

Catholici sua ex parte quoque Concilium Cirthanum, cui idem Secundus Tigistanus præerat durante Persecutione quarta Martii anno 305. actum recitarunt. Donatistæ plura huic Concilio objiciebant. Primo contra diem appositam,

Kk 3

Sæculum V.
A. C. 411.

c. 12.
Sup. l. X.
§. 10.
Ib d. n. 11.

c. 13.

c. 14.
Sup. l. IX.
§. 34.

Sup. l. IX.
§. 13.

Sæculum V.

A. C. 411.Causa Ce-
ciliani.

c. 17.

litam, dicentes, Conciliis diem apponi non oportere. Ad hoc respondebant Catholici, semper morem fuisse Catholicis, diem, & annum Conciliis suis apponere. Deinde Donatistæ affirmare audebant, falsum esse hoc Concilium, quod sub Persecutione Concilia celebrare fuisset impossibile. At demonstrabant Catholici ex Actis Martyrum populum fidelem etiam Persecutionis tempore ad Collectas & Conventus Ecclesiasticos congregari non cessasse, & similiter duodecim Episcopos ad Domum privatam convenire potuisse. Ex hoc autem Concilio conficiebatur, Secundum, & plures alios, scilicet illos ipsos, qui Cecilianum damnaverant, Traditores fuisse.

c. 16.

Donatistis Decretum Concilii sui Carthaginensis crepare non cessantibus, Catholici responderunt, Concilium istud Ceciliano tam parum nocere posse, ac Concilium Maximianistarum nocuisset Primiano ipsorum Episcopo, in ista Collocatione præsentis, qui a Maximiani Secta absens, sicut olim Cecilianus a Secta Majorini, damnatus fuerat. Tunc a Donatistis istud Exemplum, & vis Veritatis hæc verba expressit: *Una Causa, aut Persona, alteri Cause, aut Personæ nocere non potest.* Id ipsum Catholici Donatistis respondere solebant, ut demon-

Sup. l. XIX.

§. 54.

stra-

strarent, Ceciliani crimen, etiam tum si ^{Sæculum V.} convictus fuisset, Successoribus ejus, & ^{A. C. 411.} aliis Africæ Episcopis, multo minus Ecclesiæ universali præjudicio esse potuisse.

Deinde ad finem deducta est Lectio Concilii Romani, in quo Cecilianus absolutus. Legatus urgebat Donatistas, c. 18. ut quidquam, si possent, hujus Concilii Auctoritati opponerent. Dixerunt, ipsum Melchiadem Papam, qui illi Concilio præfuisset, (*) Traditoris Nota fuisse foedatum. Id ut probarent, Acta valde prolixa legi voluerunt, ex quibus autem nullum conficiebatur argumentum. c. 19.

Post hæc lecta est Imperatoris Constantini Sententia, id est, Epistola ad Eumalium Africæ Vicarium data, in qua ^{Sup. L. IX.} pronunciabat, Ceciliani Innocentiam, S. 19. & Donatistarum calumniam sibi fuisse perspectam. Marcellinus iterum instare, ut ad hanc Constantini Epistolam responderent; legerunt textum Optati, ex c. 20. quo nullum argumentum erui poterat, imo, tota pagina perlecta, apparuit ipsum,

Kk 4 non

(*) Protestans pro voce *presida*, posuit: *hat den Vorsitz gehabt.* his fraudibus lectoribus suis Protestantibus vult persuadere, omnibus Episcopis æqualem fuisse Jurisdictionem. Quippe debuisset ponere: *Ist dem Concilio vorgestanden.*

Sæculum V. non quod Donatistæ volebant, sed con-
 trarium dicere, nempe Cecilianum suis
 se sententia Judicis innocentem. Rile-
 runt adstantes, qui viderant, quam se-
 vide petiissent hæc legi. Alia quoque
 Acta legi postularunt, quæ magis Catho-
 licorum causæ favebant. Rursus, ipi
 instantibus, lectum est aliquod documen-
 tum, quod occasionem præbuit legendi
 illa Acta, quibus omnia quondam Felici
 Aptungitano Ceciliani Ordinatori obje-
 cta plene diluebantur.

o. 24.
 Sup. l. X.
 §. 12.

Brev. c. 25.

Aug. post.
 Coll. c. 12.
 Coll. 3. 279.

§. XL.

Collationis Exitus.

Donatistis nihil habentibus, quod his
 Actis responderent, & centies ante
 quam crambem recoquentibus, tandem
 Marcellinus dixit: *Si nihil vobis est,
 quod opponatis, ne gravemini egredi, ut
 sententia de omnibus Articulis pronun-
 cians, litteris consignari possit.* Egredi
 sunt utrinque omnes. Tum Marcelli-
 nus sententiam dictavit, & revocatis
 Partibus recitari jussit. Interim Nox
 irruerat, & ad absolvendam lectionem
 faces accensæ, quamvis summo mane
 congressi fuissent, & dies octava Junii
 ageretur. Nempe valde prolixa illa Acta
 fuere, & articulos quingentos octoginta
 septem complectebantur. Ex his nobis
 duent-

ducenti octoginta & unus supersunt, ni-
 mirum usque ad illum locum, ubi S. Au-
 gustinus causam totius Ecclesiae tractare
 coepit. Reliqua, in quibus aliqua gravis
 momenti, & lectu jucunda invenire erat,
 desiderantur. At S. Augustinus eorum
 summam ad nos transmisit, habemusque
 tabulam Articulorum integram, quam
 Officialis nomine Marcellus; Severia-
 no, & Juliano eum rogantibus, descrip-
 sit.

Sæculum V.
 A. C. 411.
 Præf. Mar-
 cell.

Marcellini Tribuni Sententia vige-
 sima sexta Junii demum populo promul-
 gata. In ea edicit; cum neminem ob
 alterius culpam damnari oporteat, Ce-
 ciliani crimina, etiamsi probari potuis-
 sent, Ecclesiae universali nullatenus nocere
 potuisse. Plene fuisse probatum, Dona-
 tum Schismatis Auctorem extitisse. Ce-
 ciliani, & Ordinatoris ejus Felicis Aptun-
 gitani, Innocentiam esse demonstratam.
 His præmissis, jubet, ut Magistratus, Do-
 mini, & Locatores agrorum, in Civita-
 tibus, & quibuscunque locis Donatista-
 rum Conventicula prohibeant. Dona-
 tistæ Catholicis Ecclesiis, quas eis, do-
 nec Mandata sua fuisset executus, con-
 cesserat, reddant. Omnes Donatistas,
 qui ad Ecclesiam redire noluerint, pœ-
 nas a Legibus statutas subeant; quamob-
 rem eorum Episcopi missa omni mora do-
 mum remeant. Tandem illa loca, ubi

Sententia
 contra Do-
 natistas.
 Aug. II. Re-
 tr. p. 39.
 Brev. Coll.
 præf. ep. 139.
 al. 158. ad
 Marcell. n. 3.
 Gest. cum
 Emer. n. 4.

Kk 5

Circum-

Emer. n. 4.

Sæculum V. Circumcellionum copiæ recipiuntur, Et
A. C. 411. co cedant,

*Aug. post.
Coll. c. 12.*

Poss. vit. c. 14

*Post. Coll. ad
Donat.*

Acta Collationis in lucem edita, singulis annis integra in Ecclesia Carthagenensi, item Tagastæ, Constantinæ, Hippone, & in multis aliis locis legebantur, idque tempore Quadragesimæ, quo populo jejunanti hæc audire magis vacabat. At vero paucorum illa fuit patientia, ut ea privatim legerent, quod esset maximæ molis, & Donatistarum jurgii studiose quæstis referta. Id S. Augustinum permovit, ut illa Acta contraheret in compendium, quod rei summam continet. In numeros etiam materiam divisit, ut, si quis vellet, facile ipsa Acta posset inspicere. Donatistæ edixerunt, se a Sententia Marcellini appellare, abdita causa, quod noctu fuisset pronunciata, & Judicem Catholicorum accepta pecunia fuisse corruptum. Id autem temere, & nullo adducto argumento spargebant. Cum dictis suis die tertio subscriberent, adjiciebant: *Salva appellatione.* Illud quoque mentiebantur, Marcellinum ipsis licentiam non fecisse, ut omnia, quæ voluissent, dicerent, atque in loco Collationis tanquam carcere inclusos detinuisse. S. Augustinus edito postea Tractatu Donatistis Laicis inscripto has calumnias refutavit. In eo quantum hæc Collatio Rei Catholicæ pro-

profuerit, monstrat, nempe ingentes Do-
 natistarum conatus, ut colloquendi ne-
 cessitatem effugerent, excitatas tricas,
 ne in Causæ summam inquireretur, pu-
 dendos questus, quod inviti ad collo-
 quendum de causa principali cogeren-
 tur, & tandem propriam ipsorum Con-
 fessionem, nullam causam aut Personam
 alteri causæ aut Personæ præjudicio esse
 posse.

Interim, cum Marcellinus Tribunus,
 quæ in Collatione acta essent, ad Impera-
 torem Honorium detulisset, & Donatistæ
 ad eum appellassent, Lex Ravennæ ter-
 tio Kal. Febr. Honorio nono, & Theo-
 dosio quinto Consulibus, nempe 30. Jan.
 anno 412. emanavit; in eâ rescissis om-
 nibus Edictis, quæ Donatistæ obtinuis-
 sent, & Legibus antiquioribus contra
 ipsos editis, confirmatis, illustres, & ple-
 beji pro status conditione ad graves mul-
 ctas pendendas damnantur. Mancipia
 Religionis hujus Professionem in cute
 luere jubentur. Clerici Donatistarum
 ex Africa proscribantur, Omnes Eccle-
 siæ Catholicis restituantur, Hæc Col-
 latio Donatistarum Schisma pene sustulit.
 Exinde & Episcopi, & integri populi tur-
 matim ad Ecclesiæ Catholicæ sinum re-
 versi sunt.

Sæculum V.
 A. C. 412.

L. 52. C. Th.
 de Hær.

Poss. vit. c. 13

Sæculum V.
A. C. 412.

§. XLI.

Synesii Ordinatio.

Syn. ep. 57. In ea Africae parte, quæ Orientem spectat, nempe Provincia Cyrenaica, ætate illustris Episcopus Synesius Philosophus degebat. Ex primis stirpibus illius Regionis natus, originem ad Laodæmonios, qui hanc Coloniam fundaverant, referebat; imo Generis sui Authores usque ad Eurysthenem primum Spartæ Regem ex Gente Doriorum exhibebat. Philosophiæ operam dedit Alexandria, habuitque Magistram doctissimam Hypatiam Theonis Mathematici filiam. In ea etiam Civitate Synesius uxorem duxit, & liberos suscepit. A Civibus urbis Cyrenes Patriæ suæ ad Imperatorem Arcadium anno 397. Legatus, ea dicens libertate, qua nunquam antea Græcorum aliquis, usus est. Aulæ Constantinopolitanæ luxum & immensam Gothorum, qui soli imperabant, potentiam reprehendit. Ad sua reversus iterum totum se libris, & venationi dedit; quippe in hæc duo studia vitam particibat, & jam litteris, jam aliis oblectationibus indulgebat, ut animum lectione pasceret, & corpus non infrequenti motu roboraret.

*de Regno p.
16. &c.*

Ita Synesium vitam ducentem Philosopho dignam, & Negotiorum tam publico-

blicorum, quam domesticorum molestias fugientem Populus Ptolemaidæ, Cyrenaicæ Metropolis, a Theophilo Alexandrino, huic enim Sedes istæ æque ac Ægypti subiciebantur, Episcopum postulavit, qui, necdum baptizatus, Christianis tamen non minus, quam Gentilibus admirationi erat. Ubi fama hanc postulationem ad Synessi aures detulit, commotus Evoptio Fratri suo, Alexandriae versanti, scripsit in hunc modum: *In sania baud dubie laborarem, nisi grato animo prosequerer Ptolemaidanorum Civium Benevolentiam, quibus majori in pretio quam mibimetipsum sum. Verum tamen non mihi attendendum, an ipsi Donum maximum conferre velint, sed an mihi expediat accipere.* Et inferius: *Episcopum Virum divinum esse decet, in quem omnium oculi desiguntur; vix aliis prodesse potest, nisi moribus gravis sit, & vitam ducat omnibus oblectamentis carentem. Dotem habeat præcepta divina Fidelibus facile communicandi, & ad docendum semper paratus sit. Unus plus cæteris omnibus laboret, si Muneri suscepto satisfacere velit. Vir magno animo sit, qui tantum onus ferat. Tum fateatur, quantum ab hac perfectione, & vitæ innocentia, Episcopo perquam necessaria, ut alios ad sanctitatem perducatur, remotum se existimet.* His subjungit sequen-

Sæculum V.
A. C. 412.Evagr. I.
hist. c. 15.

Epist. 105.

Sæculum V.
A. C. 412.

Synesius.

sequentem Protestationem, quam a Fratresuo in lucem edi rogat, ut illa quando coram Deo, & hominibus, protestim contra Theophilum purgare possit.

Uxorem habeo, quam mihi Deus, & sacræ Theophili manus dederunt. () Jam vero id omnes sciant, nolle me ab ea separari, aut clanculum adulterorum moveam eam accedere; sed liberos gignere volo multos, & probos. Id igitur præprimis ignorare non debet ille, cui ordinandi potestas est; hoc ipsum a Dionysio, & Paulo, quos populus in hoc Negotio delegavit, rescire poterit. Hæc Synesii Professio testatum facit, quam certus, & constans Disciplinae Ecclesiasticæ usus fuerit, servandam esse Episcopis Continentiam, cum crediderit primum Ordinationis suæ obstaculum esse quod uxorem haberet. (**)* Alia impedimenta a defectu Doctrinæ eruit. *Difficile est, inquit, ne dicam impossibile, ut illa opinionet,*

(*) Protestans vocem *de la main Sacrée* omisit. Cæterum hæc de Synesio narratio satis perplexa est, nisi forte dicendum, quod a manu sacræ Theophili uxorem acceperit, cum esset adhuc Catechumenus, nam paulo superius dictum, quod necdum fuerit baptizatus.

(**) Ex hoc loco iterum Interpretis Protestantis insania confunditur, dicentis, præceptum continentiae Clericorum, esse rem novam.

niones, quæ nobis vera demonstratione in-
 dita sunt, menti nostræ eximantur, & Sæculum V.
A. C. 412.
 non nescis, in Philosophia multas tradi,
 quæ celeberrimæ Doctrinæ (nempe Chri-
 stianæ) conciliari nequeunt. Et profecto
 nunquam credam, animam unacum
 corpore fuisse productam. Nunquam con-
 cedam, mundi hujus vel molem totam, vel
 partes perituras. Credo Resurrectionem,
 de qua omnes loquuntur, nobis ignotum
 esse *Mysterium*, & a vulgi opinionibus
 remotissimus sum. Dicit deinde, quam
 ægre venationis studium posset relinque-
 re. At denique propriæ voluntati re-
 nunciat, & omnia Theophili committit
 arbitrio.

Hæc Professio quibusdam Historia-
 rum Scriptoribus ansam dedit dicendi, *Evagr. I. c. 15. Phot. Cod. 16. Niceph. XIV. c. 55.*
 Synesium baptizatum fuisse, & Episco-
 pum ordinatum, quamvis Resurrectio-
 nem non crederet. Sed hanc non ne-
 gat; id solum ex ejus verbis eruitur,
 quod aliquod *Mysterium* subesse, forte
 Platoniorum Metempsychosin, aut Re-
 surrectionem Origenistarum in alia Car-
 ne, putaverit. Ut ut vero res se habeat, *v. Holsten. Dissert. ap. Vales. in Evagr.*
 credendum est, Theophilum, & Ægypti
 Episcopos Synesii Doctrinam & Fidem de
 Articulis principalibus penitus exploras-
 se, antequam ei manus imposuerint, (*)
 atque

(*) Ista omnino hæc accipienda, prout notat
 Fleu-

Sæculum V. atque ingentibus Viri meritis, rursusque
A.C. 412. temporum, & locorum necessitate fuisse
 permotos, ut modicum in rigore Cano-
 num dispensarent. Ordinatus est Epis-
 copus, etiamsi summopere repugnare.
Ep. II. ep. 95 circa annum 410. atque in Epistola
ad Olymp. timpost Ordinationem scripta, & ad suos
ep. 57. ep. 194 Presbyteros data, affirmat, nullum con-
v. Petav. not. conatum a se adhibitum, ut id muneri
init. amoliretur, & si suo licuisset uti arbitrio,
 mortem potius fuisse electurum. Spem
 suam omnem in Deo, cui nihil est im-
 possibile, ponit, petitque, ut & ipsi, &
 populus pro se orent. In alio loco dicit,
 sapius se flexis genibus in terra prostra-
 tum ad Deum preces fuisse, ut mori se
 potius, quam Episcopum ordinari vel-
 let; cuius rei Deum testem invocat.
 Septem jam menses a tempore Ordinationis
 effluxerant, priusquam adduci po-
 tuerit, ut in medio Gregis sui habitaret.
 Experiri prius volebat, an officium Epis-
 copale Philosophiæ non adversaretur;
 quippe animus erat, si conjungi non pos-
 sent, relicta tellure patria in Græciam
 migrare, quia intelligebat, se, si inter
 suos manere vellet, postquam Episcopa-
 tum recusasset, totius populi invidiæ, &
 maledictis ferendis parem non esse futu-
 rum.

Fleurius, ut Synesii fides circa omnes articulos
 solvetur.

rum. Ita de his ad amicum suum Olym-
pium scripsit.

Sæculum V.
A. C. 412.

§. XLII.

*Epistola ad Theophilum de S. Chry-
sostomi amico.*

Ep. 95.

Primo quo Synesius Episcopatum gere-
bat anno Theophilum Alexandrinum
in Caufa Alexandri Episcopi Basinopoli-
tani in Bithynia consuluit. *Alexander
Cyreneensis, inquit, ex Ordine Senato-
rum, Institutum Monasticum ad huc juve-
nis amplexus, cum crescente ætate multum
profecisset, Diaconus, & deinde Presby-
ter ordinatus est. Negotiorum causa ad
Regiam profectus, litteras commendatitias
habebat ad Joannem beatæ memoriæ da-
tas. Liceat mihi per te ita de eo loqui,
defunctus enim est, & lites omnes morte
finiri oportet. Hæc Synesii verba notari
merentur; quia de S. Chrysofomo loqui-
tur ad Theophilum capitalem ejus ini-
micum. Tum profequitur: Itaque A-
lexander Joanni commendatus ante Eccle-
siarum Schisma ipfius manibus Episcopus
Basinopolitanus ordinatus est. Superve-
niente Schismate amicus illius, a quo or-
dinatus fuerat, & ejus partibus addictus
permansit. Quæ in hac causa acta fue-
rint nemo te melius scit, & vidi litteras
magna prudentia scriptas a te ad Beatum
Atticum directas, & eo consilio, sicut mi-*

Ep. 66.

Hist. Eccles. Tom. V.

LI

hi

Sæculum V. *hi quidem videtur, ut suadeas, illius*
A. C. 412. *tis homines recipere.*

*Hæc Alexander cum illis omnibus com-
 munia habet, ista vero privatim ad eos
 spectant. Annus jam tertius voluitur,
 ex quo Partes reconciliatae, & omnia obli-
 vioni mandari jussa; nihilominus cum in
 Bityniam, & ad Sedem suam redire de-
 beret, hic inter nos versatur, & pro pro-
 vato haberi sustinet. Ego quidem a ju-
 venilibus annis sacras Leges non sum obli-
 ctus, nec multa hæctenus discere licuit,
 cum necdum toto anno Episcopus sim.
 Cum vero observarem eum a quibusdam
 Senioribus, timentibus ne in aliquem Ca-
 nonem peccarent, dure haberi, hos nec de-
 mnare, nec imitari volui, sed ut scias,
 quid fecerim, Alexandrum in Ecclesiam,
 & ad sanctæ Communionis Mensam non
 recepi; at Domi meæ, ut virum irrepre-
 hensibilem honoravi, ipsumque eo cultu,
 quo alios hujus Regionis colo, prosecutus
 sum. In fine rogat Theophilum, ut Au-
 thoritate Successionis Evangelicæ, id est
 Cathedræ S. Marci Evangelistæ, simpli-
 citer sibi respondeat, an Alexandrum pro
 Episcopo habere debeat.*

Facund.

Lib. 6. p. 258.

259. & c.

*Nescitur, qualis hic amnistia, & pax
 Theophili inita cum amicis S. Chryso-
 stomi sit; aliunde vero constat, Theophi-
 lum atrox Edictum in S. Chrysostomum
 publicasse, quod, ut etiam ad manus
 Occi-*

Occidentalium deveniret, a S. Hierony-^{Sæculum V.}
mo in latinum transferri curavit. (*) A. C. 412.

Hujus Edicti fragmentum, seu potius ex-
tractum nobis superest, quod conviciis
refertum, nihil aliud, quam effrœnatam
Theophili passionem probat. Nunquam
is permoveri potuit, ut S. Chrystomi
Nomen Sacris Diptycis infereret, id est,
illis tabulis, quibus Nomina Episcoporum
in Communione Ecclesiæ defunctorum
inscripta erant, & sub Sanctum Sacrifi-
cium (**) recitabantur; hæc Theophi-
li pertinacia, ut diximus, magnæ divi-
sionis in Ecclesia per annos ferme viginti
causa fuit. ^{Theod. V. hist. c. 34. Sup. n. 13.}

L 1 2

§. XLIII.

(*) Anonymus I. prudenter dicit, non satis
probari hoc fragmentum translationis S. Hiero-
nymi esse. Aliud credendum, viri Sanctitas
suadet; nec tanta est fragmentorum, & multo
minus extractorum, si ipsum authographum non
superstet, auctoritas, ut fidem faciant.

(**) Protestans hic iterum vocem Sacrificii
suppressit, & vocem Communionis supposuit.
Solertissima nequitia quoties hæc vox recurrit,
Fleurium corrumpit, & tamen in fine suæ par-
tis I. Tractatum adjecit cujusdam Angli Scri-
ptoris, omnibus viribus probare conantis, etiam
in sensu Protestantium Anglorum Cœnam Do-
mini esse Sacrificium. Nempe sicut Interpres
noster sæpe nescit quid dicat, ita etiam, quid
faciat, non intelligit.

Sæculum V.
A. C. 412.

§. XLIII.

*Causa Pauli Erythriensis.**Ep. 67.*

Sup. l. XVI.
§. 23.

Theophilus, cum Synesii in rebus gerendis dexteritatem agnosceret, prius eidem negotia in Pentapoli tractanda committebat; Synesius autem, quæcunque a Sede Alexandrina venissent mandata, tanquam divina Oracula venerabatur. Igitur profectioem adornavit, ut oppida Palebiscam, & Hydracem, in finibus deserti Lybiæ sita, visitaret, quamvis vias a grassatoribus infestari non ignoraret. Hæc oppida a principio Diœcesis Erythriensis pars fuerant, verumtamen temporibus S. Athanasii proprium Episcopum, Nomine Siderium, habuerant, cui alter non successit. Tunc vero Theophilo animus erat, iisdem rursus Episcopum dare, & Diœcesi Pauli, Episcopi Erythriensis, ea subtrahere. Synesius, ubi illuc pervenit, populum advocat, Epistolas a Theophilo ad eos directas tradit, & quas ipse acceperat, prælegit. Persuadere conatur, ut Episcopum eligant; verum hujus populi affectum, quo in Paulum ferebantur, vincere non potuit. Sua etiam potestate usus, ab Ecclesiæ ministris comprehendendi illos iussit, quos licentius reclamare inter populum notaverat; hos custodia tradidit tanquam seditionis reos, &

& pecunia corruptos, atque Ecclesia ex-
 pulit. Nulli labori pepercit, ut populi
 motus compesceret; ea, qua valebat,
 eloquentia Sedis Alexandrinæ Dignita-
 tem extulit, memorans, quemcunque ho-
 norem huic Sedi vel tribuerent, vel sub-
 traherent, eundem ipsi Numini tributum,
 vel subtractum crederent.

Sæculum V.
 A. C. 412.

Populus Theophili Nomen pronun-
 ciabat, dans maximæ Reverentiæ signa;
 alii, humi prostrati, inter lamenta quasi
 præsentem obtestabantur, ne sibi charis-
 simum Pastorem eriperet. Mulieres,
 manus levantes, & liberos suos præsen-
 tantes, oculos claudebant, ne Sedem E-
 piscopalem, noto sibi Pastore vacuam,
 cernerent. Commota sunt Synesii vi-
 scera, & timens, ne aliud, quam sibi
 commissum fuerat, ageret, conventum
 solvit, jubens, ut quarta post die redi-
 rent, postquam ante horrendâ in eos o-
 mnes maledicta pronuntiasset, qui vel
 pecunia, vel partium studio, vel quacun-
 que alia privata utilitate seducti, contra
 obedientiam, Ecclesiæ debitam, quid-
 quam loqui auderent.

Ubi constituta dies advenit, ardor
 populi nihil remiserat; non saltem ex-
 pectarunt, donec interrogarentur, sed
 unus omnium clamor, & confusæ voces
 fuere; cum Diaconi silentium imperas-
 sent, clamores in fletus, & tristia lamen-

Sæculum V.

A. C. 412.Paulus Ery-
thriensis.Pall. ep. p.
211.

ta desiere; simul viri, fœminæ, infantes, que gemebant. Hi Patrem, alii fratrem, alii filium reposcebant; quippe Paulus ætatis flore vigeat. Synesio, loqui paranti, turba scriptum obtulit, rogans, ut id prælegi juberet. In hoc scripto adjurabant Synesium, ut vim populo inferre cessaret, & exspectaret, donec hac super re Legatum cum Decreto ad Theophilum misissent, imo etiam Synesium rogabant, ut Epistola missa pro ipsa hanc gratiam precaretur. Tunc eum Presbyteri, & populus docebant, quibus circumstantiis Sidereus fuisset ordinatus, & quomodo, ipso defuncto, Palebisca, & Hydrax in pristinum statum, & Erythrorum subjectionem redissent. Imo affirmabant, edito Theophili Decreto, Paulum sibi datum fuisse Episcopum. Hoc quidem Decretum non producebant, sed testes adducebant illius Provinciae Episcopos. Synesius, antequam Ptolemaidem reverteretur, omnia, quæ gesserat, ad Theophilum perscripsit, eaque humillime ejus judicio submittebat. Nihilominus eidem insinuat, sua quidem opinione, singulari hujus populi in Paulum affectui aliquid indulgendum, nec alium eis Episcopum obtrudendum.

In eodem oppido, qui Hydrax dicebatur, collis erat, in quo ruinæ antiqui munimenti viscebantur, in finibus Dicecesium

cesium Erythriensis, & Dardanensis siti; Sæculum V.
 Paulus Episcopus Erythriensis locum A. C. 412.

hunc suæ esse jurisdictionis dicebat, quia
 ibi loco alterius veteris novam Ecclesiam
 consecrasset; contra Dioscorus Episco-
 pus Dardanensis affirmabat, hunc locum
 omni tempore ad se pertinuisse; id qui-
 dem verum, quondam populum, cum ho-
 stes incurrerent, illuc ad orandum con-
 venisse, verumtamen locum ad oratio-
 nem non esse consecratum, sicut etiam
 consecrati dici non possent montes, &
 valles, in quibus forte bellicis tempori-
 bus populus orasset. Postquam igitur
 Synesius, jubente Theophilo, in hujus li-
 tis circumstantias inquisivit, apparuit,
 certissimum esse, hujus loci Dominum es-
 se Dioscorum; erat vero is locus, modica
 domus, cujus claves cum Dioscorus secum
 asportasset, eam Paulus aperiri jusserat,
 & allatam a se mensam per fraudem con-
 secraverat. (*) Indigna res visa Synesio,
 quod sanctæ Religionis cæremonias ad-
 hibuisset, ut rem alienam usurparet. Ego,
 inquit: *nihil Sanctum, nihil Sacrum æsti-
 mo, nisi cum justitia, & sanctitate fiat;
 hinc obtentæ hujus Consecrationis nulla
 mihi reverentia fuit. Deus ad illos acce-
 dere solet, qui sine pravis affectibus sunt,
 & ad recipiendam gratiam dispositi; si
 vero in animis hominum iracundia locum*

L1 4 *babeat,*

(*) En vestigium Altaris portatilis!

Sæculum V. *habeat, quomodo Spiritus S. advenire pro-*
A. C. 412. *fit, ille nempe Spiritus, quem peccatum ei*
anima pelleret, si prius in ea habitasset.
 Episcopus Paulus errorem suum agnovit
 & Dioscorus in contractum consentit,
 quippe locum istum, litis causam, eidem
 æquis conditionibus vendidit.

§. XLIV.

Alia in Provincia Cyrenaica negotia.

Ead. epist.
p. 215.

Cum quidam Presbyter, nomine Jafon,
 Presbyterum alium, cui nomen Lam-
 ponianus, verbis offendisset, ab ipso ve-
 pulavit; Lamponianus a Jafone accusa-
 tus, culpam confessus est, & in pœnitentiam
 a Conventibus Ecclesiasticis separatus.
 Is dolorem animi suis lacrymis significabat,
 rogabatque populus pro eo, ut ei Gratia fieret;
 at Synesius sententiam non mutavit, & auctoritatem
 absolventi Cathedræ Pontificiæ, id est, Theophilo
 reliquit. Hoc solum omnibus Presbyteris,
 qui forte præsentibus futuri essent, permisit,
 ut Lamponiano, in mortis periculo constituto,
 Communionem darent. *Nemo enim, inquit: per me ligatus morietur;*
si vero sanitati restitatur, pristinis penis obnoxius erit, & a vestra benignitate indulgentiæ signum expectabit.
 Hic videmus absolutionem ab ipso Metropolita,
 qui pœnam imposuerat, Superiori reservatam.

Inter

Inter alias querelas, quas Synesius ad ^{Sæculum V.} Theophilum defert, illa est, quod Episco- ^{A.C. 412.} pi Episcopos leges violasse accusent, non eum in finem, ut condemnentur, sed tantum ut lucelli occasio Prætoribus præbetur; ex quo sequitur, coram iis fuisse accusatos. *Hos tibi non nomino; inquit, & rogo te, ne eos in responsoria tua nomines, ne fratrum meorum invidiam incurram.* Etiam de quibusdam Episcopis vagabundis, seu vacantibus, quos Vacantivos vocat, conqueritur; hi propria voluntate Cathedram deserebant, cui fuerant destinati, & diversis in locis Episcopatus honorem captabant, ibi hærentes, ubi majus lucrum invenirent. Synesius arbitratur, his desertoribus omnes functiones Ecclesiasticas interdicendas, & donec ad propriam Ecclesiam redeant, ipsis nullibi primum locum concedendum, nec ad Sanctuarium admittendos, sed, ubi ad Ecclesiam venirent, populo permixtos in sedilibus laicorum relinquendos. *Fortassis, inquit: iste contemptus ad suas Ecclesias redire coget, ut ibi honorem inveniant, quem alibi frustra querunt.* Hic exemplum habemus communionis tantum laicæ, Clericis concessæ, ut punirentur.

Eunomiani, quodam Quintiano in- ^{Epist. 5.} stigante, Diœcesin Ptolemaidæ suis erroribus inficere, & secretos Conventus age-

Sæculum V.

A. C. 42

re tentarunt. Synesius Presbyteros suos monet, ut attendant, & Hæreticos accendant. Et subjungit: *non tantum bonum agamus, sed etiam bene. Absit sordida avaritia; omnia propter Deum faciamus. Absit! ut eadem sit vitii, virtutisque materia!* & postea: *Deus virtutem imperfectam non creavit, quæ vitii auxilio indigeat. Nunquam fortes milites Ecclesiæ suæ deesse patietur, qui postquam ei gratuito in his terris servierint, plenam mercedem in Cælo recipient.* In hunc modum Presbyteros suos hortabatur, ne zelum suum in Hæreticos invidia corrumpi sine- rent, nec eos ideo persequerentur, ut ditarentur eorum spoliis, aut oblationibus populi potirentur, sed solius Religionis Bono intenti.

§. XLV.

Excommunicatio Andronici.

Synes. ep.
58.

Andronicus Berenice, Pentapoleos urbe, cum pecunia Præfecturam Patriæ suæ obtinuisset, more tyrannorum imperabat, multis se criminibus in Deum, & homines polluens; in flagitiis adiutorem habebat, quemdam, nomine Thoam, quem ex carcerum custode nescio cuius tributi exactorem fecerat. Forum populi gemitibus resonabat; Palatii porticus, ubi jus dicere Prætores solebant, jam supplicii locus erat. Is novos torquen-

dis hominibus modos invenit, & qua ar-
 te pedes, digiti, nares, aures, labia acer-
 bius comprimerentur. Oppressus popu-
 lus a Synesio auxilium petiit; is Andro-
 nicum monuit, sed operam perdidit; in-
 crepavit, & pejor factus est, nam, ut
 gravior esset contemptus, Edicta sua Ec-
 clesie januis affigi jussit, minasque terri-
 biles in Presbyteros inseruit. Tandem,
 cum quadam die Episcopus accurrisset, ut
 manibus ejus liberaret virum nobilem,
 quem infontem torquebat, ait Androni-
 cus: *Frustra in Ecclesiam spem ponis;*
nemo Andronici manibus se eripiet, licet
ipsum Jesu Christi pedes amplecteretur.
 Impia verba ter repetiit, quamvis Chri-
 stianum se profiteretur.

Exinde Synesius hominem incorrigi-
 bilem judicavit, & membram putidum,
 quod a Fidelium Societate esset resecan-
 dum. Ergo, convocatis Ecclesie Ptolo-
 maidensis sue Clericis, sententiam ex-
 communicationis scripsit in hunc mo-
 dum: *Nullum Dei templum Andronico, Epist. 58.*
aut suis, aut Thoe pateat. Omnia loca p. 203.
Sacra, & ambitus eorum eisdem occludan-
tur. Non est Diabolo locus in Paradiso.
Si occulte ingressus fuerit, ejiciatur! om-
nes privatos, & Magistratus exhortor, ne
cum eis sub eodem tecto degant, aut eidem
mensae accumbant. Ne vivis colloquantur,
aut mortuorum exequiis adsint. Preci-
pue

Sæculum V.
 A.C. 412.

Excommu-
 nicatio.

Sæculum V. *pue Presbyteri hoc præcepto tenentur*
 A.C. 412. *si quis hanc Ecclesiam, quod exigua*
spernat, aut credat, se ad obedientiam non
obligari, quod pauper sit, & ab ea excom-
municatos recipiat, sciat, quod Ecclesiam
scindat, quam Iesus Christus unam esse
vult. Si quis receperit, seu Diaconus,
seu Presbyter, seu Episcopus, hunc Andro-
nico non meliorem reputabimus, dextram
non porrigemus, cum eo cibum non sum-
mus, multominus in Sanctis Mysteriis cum
illis communicabimus, qui cum Androni-
co, & Thoa communicare volent.

Huic Sententiæ adjuncta erat episto-
 la, nomine Ecclesiæ Ptolemaidæ ad om-
 nes Episcopos directæ, qua excommuni-
 cationis causæ, & Andronici crimina in-
 dicabantur; exordio dicebat, ipsum nec
 Christianum reputari, nec dici oportere,
 sed tanquam a Deo damnatum, omnibus
 Ecclesiis cum tota familia ejici. Ipsa ex-
 communicatio in conventu quoque popu-
 li Ptolemaidæ prælecta; postquam Syne-
 sius sermonem habuit, quo eis in memo-
 riam reduxit, quanta repugnatione Epis-
 copatum suscepisset, quot molestias, &
 præprimis Andronici crimina sustineat,
 hortatusque deinde, ut sibi alium Episco-
 pum eligant; ad hanc vocem clamor
 populi exortus; videns Synesius, quod
 persuadere non posset, ut se dimitterent,
 in aliam diem rem distulit. In isto ser-
 mone

mone de distinctione utriusque Regimi-
 nis, Spiritualis, & temporalis memorabi-
 lia verba edicit. *Ipsa experientia vobis
 ostendere volui, quod potestatem politicam
 Sacerdotio jungere, nihil aliud sit, quam in-
 compatibilia contexere velle. Antiquitas
 Sacerdotes habuit, qui simul essent judi-
 ces. Ægyptii, & Hebræi multo tempore
 Sacerdotes Reges numeravere. At me Ju-
 dice, ex quo Deus istud Regimen homini-
 bus reliquit, utrumque vitæ genus separa-
 vit; hoc sacrum, alterum Politicum esse
 iussit. Alios homines materiæ, alios sibi-
 metipsis affixit. Illi negotiis, nos oratio-
 ni ex officio incumbamus. Quare igitur
 conjungere vultis, quæ Deus separavit, &
 nobis onus imponere, quod non convenit?
 si defensione indigetis, ite ad iudices, quo-
 rum est legibus definita exequi. Si Deo
 vobis opus est, ad Episcopum recurrite!
 veri Sacerdotii finis est contemplatio, quam
 actio, & negotiorum turba excludunt. Et
 deinde: ego quidem Episcopos illos non
 damno, qui curis sæcularibus implican-
 tur, sed cum me uni oneri vix sufficere
 videam, illorum robur, qui utrumque por-
 tare possunt, admiror.*

Andronicus excommunicationis ful-
 mine perterritus, vela contraxit, & mo-
 rum suorum conversionem promisit.
 Omnes Synesium rogabant, ut eum reci-
 peret, ipse solus id non expedire sentie-
 bat,

Sæculum V.
 A.C. 412.

Idem. epist.
 121.

Ep. 72.

Sæculum V. bat, persuasum sibi habens, sub pœnitentia larva hypocrysin latere. Credebat enim, & prædicebat, prima occasione malam viri naturam redituram. Nilominus plurimorum, eorumque Episcoporum, qui rerum experientia sapiebant, consilium secutus, quippe hæc primo ordinationis suæ anno contigere, ad Episcopos mittere distulit epistolam, quam contra eum scripserat, & recepit, in conditionibus, ut impostero sibi similis humanius haberet, & ratione regi se remitteret. Is, ut ominatus fuerat Synesius, pejora prioribus commisit, novasque antiquis causas excommunicationis addidit, quæ quidem dilata, non oblata fuerat; scripsitque Synesius ad Episcopos, ut Ecclesia excluderetur. Verumtamen post hæc, cum Andronicus Principum Gratia excidisset, & vices reddente fortuna, pessime mulctaretur, Synesius, ut ipse scribit, Spiritum Ecclesiæ induit, quo prostrati relevantur, & superbi dejiciuntur; hinc pro ipso preces interposuit, ita ut illorum, qui auctoritate potiebantur, patientiam fatigaret. A funesta illius tribunalis, ubi damnatus fuerat, sententia eum liberavit, in tristi casu, quantum potuit, adjuvit; imo ipsi Episcopo Theophilo commendavit. Hæc haud diu post ejus excommunicationem acta fuerint.

Ep. 89.

§. XLVI.

§. XLVI.

Sæculum V.
A. C. 412.*Theophili fatum. S. Cyrillus.*

Nam Theophilus, Episcopus Alexandri-
 nus, lethargo obrutus, mundo exiit,
 decima quinta Octobris, Honorio nono,
 & Theodosio quinto Consulibus, id est,
 anno 412. cum hanc Sedem tenuisset ab
 anno 385. viginti septem annis. Moriens
 dixisse fertur: *quam felix es, Abbas Ar-*
seni! quod horam mortis semper ante ocu-
los habueris. Aliqua scripta posteritati re-
 liquit; magnum volumen contra Orige-
 nem, in quo ferme omnia ejus scripta,
 ipsumque auctorem reprehendebat, affir-
 mans jam ab antiquis fuisse damnatum.
 Contra Antropomorphitas quoque lon-
 gum tractatum edidit, ubi per Sacras
 Scripturas probabat, Deum esse incorpo-
 reum. Præter epistolas Paschales, quas
 singulis annis emittebat, aliqua epistola
 canonicæ nobis supersunt, & primo Edi-
 ctum de Vigilia Epiphaniæ, quæ tunc in
 diem Dominicam incidebat. In hoc fe-
 sto Ægyptii simul Baptismum, & Nativi-
 tatem Jesu Christi celebrabant, & pridie
 jejunabant; at quia die Dominica jeju-
 nare non licet, jubet Theophilus, ut,
 isto casu existente, tantum pauci dactyli
 comedantur, non mutata officii hora,
 quod Vespere, & post horam nonam per-
 agetur. In quodam Rescripto ad Am-
 monem

Socr. VII.

c. 7. Sup.

XVIII. §. 36

vitæ PP. de

bompunct. 1.

III. §. 5. p.

165. Gen-

nad. Script.

c. 33. Sup.

XX. §. 50.

Synes. ep. 9.

ap. Bals. &

to. 2. Conc.

p. 1797. Cass.

Coll. X. c. 2.

can. 1.

monem

Sæculum V. monem in Provincia, quæ Lyco dice-

A. C. 412. batur, directo imperat, ut illi deponeretur, qui cum Episcopis Arianis communi-

c. 6. carunt; ut ordinationes ab Episcopis fiant, cum consensu, & approbatione totius Cleri, in medio Ecclesiæ, præfente populo, atque ut Episcopus alta voce quærat, an populus etiam bonum testimonium ordinando dare possit; nulla vero ordinatio secreto fiat, cum Ecclesiæ sit in pace, id est, sub Principibus Christianis libertate fruatur.

c. 7. Quod de oblationibus superest, præter ea, quæ in Sanctis Mysteriis consumpta fuere, inter Clericos dividatur; Catechumeni de eo nec bibant, nec comedant, sed tantum Clerici, & Fideles, qui cum ipsis vivunt. Nempe panis, vinumque pro Sancto Sacrificio abundanter offerebatur. (*) Alii Theophili Canones plerique causas particulares tangunt; ex omnibus vero elucet magna per totam Ægyptum Episcopi Alexandrini Auctoritas, qua Canones observari jubebat, aut exigente necessitate dispensabat, rursusque ab Episcopis facta vel probabat, vel reformabat. Non obstante illa Divisione, cui causa S. Chrysostomi ortum dedit, Theophilus in Communione

(*) Hæc Protestans nec satis sincere reddidit pag. 167. part. IV. & iterum vocem Sacrificii mutavit.

munione Ecclesiæ universalis, & specia-
 tim Romanæ defunctus est, quod ex Ti-
 tulus honorificis, qui us a S. Leone Papa
 decoratur, dignoscitur, ejusque Doctri-
 na semper pro orthodoxa habita. (*)

In Theophili locum electus est Cyril-
 lus, nepos ejus ex sorore; res vero diffi-
 cultate non caruit, nam alii Timotheum
 Archidiaconum volebant eligere; huic
 Abundantius, qui militiæ præerat, fave-
 bat, populusque usque ad seditionem
 tumultuatus est. Vicit vero Cyrillus,
 & triduo post obitum Theophili Throno
 Episcopali impositus est, reportata de ad-
 versariis victoria, majori auctoritate Re-
 gimen suscepit, ac ipse Theophilus vige-
 rat, quippe ex eo tempore Episcopi Ale-
 xandrini, Potestatis Spiritualis limites ali-
 quatenus transgressi, Regiminis tempo-
 ralis partes delibarent. Novæ potesta-
 tis experimentum cepit Cyrillus, dum
 Novatianorum Ecclesias clausit, & omnes
 thesauros abstulit.

§. XLVII.

*S. Augustinus pro Donatistis inter-
 cedit.*

Licet magnus Donatistarum numerus
 post Colloquium fuerit conversus,
 aliquo-

(*) Aliud dicunt Tillemontius, & Dupinus,
 si cui legere placeat.

Sæculum V. aliquorum tamen obstinatio tanta fuit
 A. C. 412. ut dicerent, se Donatistas permanfurum
Aug. epist. etiamsi sibi Doctrinæ Catholicæ veritas
 139 *al. 158.* suæque opinionis falsitas demonstraretur
ad Marcell. In ipsam urbem Hipponem eorum Co
 n. 1. *Epist.* cumcelliones, & Clerici penetrarunt, qui
 134 *n. 2. ad* ex insidiis erumpentes, Presbyterum Co
April. tholicum, nomine Restitutum, occide
 runt, alterique, cui nomen Innocens, a
 domo sua vi abducto, oculum unum
 eruerunt, & saxis unum digitum conti
 verunt. Hos publici Civitatis apparito
 res comprehensos ad Comitum Marcellini
 tribunal perduxerunt; ipso iubente de
 reis quæstio habita, non quidem pro mo
 re in equuleo, ubi unguis ferrei, flamma
 que adhibebantur, sed inflictis acerbis
 virgarum verberibus. Sic crimen con
 fessi sunt.

S. Augustinus, timens, ne secundum
Epist. 133. omnem legum rigorem punirentur, ad
 Comitem Marcellinum epistolam dedit,
 obtestans, ut mitius cum reis ageretur,
 quam ipsi Catholicos habuissent; *possi
 mus quidem, ait: eorum necem dissim
 lare, quia eos non accusavimus, nec tibi
 tradidimus; sed absit, ut servorum Dei
 Martyrium pœna talionis vindicetur! non
 id quidem cupimus, ut scelestorum mala
 perpetrandi libertas integra sit, sed opta
 mus, ut nec vita priventur, nec mutilen
 tur, sed ab insana rabie ad vitæ rationa
 lis*

lis tranquillitatem cogantur, atque a suis crimibus ad utilem laborem compellantur. Nempe petebat, ut vel in perpetuis carceribus detinerentur, aut ad opera publica damnarentur. In hac epistola S. Augustinus memorat, sæpe Episcopos in suis judiciis virgarum castigatione usos fuisse, quod Magistri in tyrones, & Patres in liberos solebant.

Sæculum V.
A. C. 412.

n. 2.

n. 2.

Scriptit quoque Proconsuli Apringio, *Ep. 134.* cuius erat delinquentes hos judicare; *al. 160.* erat ipse Marcellini frater, & juxta eum Christianus. S. Augustinus eadem ipsum rogat, dicens: *si ad Judicem, qui Christianus non esset, scriberem, non ista quidem afferrem, verumtamen non ideo Ecclesie causam desererem; & si in virum incidere, qui patienter audire me vellet, exponerem; ea, quæ Catholicis a suis persecutoribus sustinent, Christianæ patientiæ exempla esse oportere, quæ inimicorum suorum sanguine deleri non debent. Et si precibus meis nihil daret, suspicari mihi pronum esset, solius Religionis odium obesse. Et deinde: effectum est, ut inimici Ecclesie, qui sic dicta persecutione, quam tantopere jactant, simplicium animos seducere conantur, horrenda crimina, in Clericos Catholicos commissa, suo ore confiteri coacti sint. Acta, ut seducti sanentur, prælegentur; vis, ut nobis non licent acta*

M m 2 ista

Sæculum V. *ista legendo ad finem perducere? si nempe*
A. C. 412. *miserorum cruentum exitum referant;*
vis, inquam: ut suspicioni locus sit, eos
qui passi sunt, Catholicos malum pro malo
reddere voluisse?

Cum Marcellinus hujus Judicii acta
Ep. 139. Sancto Augustino transmittere, sicut pro-
al. 158. miserat, differret, scripsit denuo, ut cum-
 stantem impelleret; volebat enim ea in
 Ecclesia Hipponensi prælegi, & si fieri
 posset in omnibus hujus Provinciæ Eccle-
 siis, ut omnibus pateret, quod Donatista,
 qui se ab Ecclesia separassent specioso illo
 obtentu, ne criminum, quibusdam Ca-
 tholicis affictorum, participes se redde-
 rent, magnam sceleratorum hominum, &
 juridice convictorum multitudinem inter
 se vivere paterentur. Iterum Marcelli-
 num rogat, ut reis vitam servet, aliisque,
 qui obstinati in rebellionem, vim adhibe-
 bant, ut Ecclesias aperirent. Et subjun-
 git: *si Proconsul a proposito eos morte pu-
 niendi dimoveri non potest, saltem actis*
epistolas, quas vobis ambobus hac super re
scripsi, inserite. Si nec istud obtineo, sal-
tem reos in custodia detineat, & nostrum
erit ab Imperatorum Clementia impetrare,
ne passio Servorum Dei fuso inimicorum
suorum sanguine debonestetur. Scio, Im-
Sup. XX. *peratoris lenitatem facile concessisse ve-*
S. 22. *niam Paganis, Clericorum Anaunia inter-*
fectori-

fectioribus, qui hodie honore, Martyribus debito, coluntur. (*)

Sæculum V.
A. C. 412.

M m 3¹ §. XLVIII.

(*) Ad hunc Numerum posita est Reflexio Patris Balduini, sed est error Typographi, pertinet enim ad hujus libri Numerum XXII. R. P. Balduinus reprehendit, quod Fleurius, extrahens aliqua ex epistolis S. Nili, illa verba epistolæ I. in libro IV. non adduxerit: *Si Spiritu compungi cupis, ne legas libros Gentilium, nec Historicos, nec Oratores, nec ullatenus veteris Testamenti Scripturam &c.* Si omnia voluisset afferre Fleurius, non excerpisset, sed totum descripsisset. At! ideo omisit, & quidem studiose, quia sensit, Doctrinam S. Nili suis principiis adversari, nam Fleurius dicit, ei, qui Historicus esse cupit, etiam profanos Auctores, atque ipsam totam S. Scripturam esse legendam. Respondeo: optime scripsit S. Nilus pro eo, qui vult compungi, & etiam Fleurius optime pro eo, qui vult erudiri, quippe omnia tempus habent, R. P. Balduinus vero nihil minus, quam Fleurii malam fidem probat. Sed iterum! Fleurius scripsit suam Historiam etiam pro non doctis, quod nobis, ut ait P. Balduinus, nunquam memoria excidat! respondeo, ex hoc sequi posse, Fleurium errasse, judicando, suam Historiam legere etiam non doctis expedire, non vero quidquam mala fide scripsisse. Nec etiam credendus est Historiam texuisse omnino rudibus, cum petat a lectoribus suis, ut fontes, unde ea, quæ narrat, expromsit, inspiciant, quod vulgus non potest.

Sæculum V.
A. C. 412.

§. XLVIII.

S. Augustini Labores.

Sub finem hujus epistolæ S. Augustinus quantis laboribus prematur, significat in hunc modum: *si tibi rationem reddere possem impensi temporis, & laborum omnium, quos suscipere coactus sum, admiratio haud dubie, simulque commiseratione tangeret, quod tanta negotiorum mole obruar, nec tamen bis me ipsum liberare liceat; hæc est causa, quæ me illud opus, quod a me instanter petis, aggredi non sinit; id tamen facere opto, atque ob hoc ipsum, quod hoc exequi non possim, ultra quam credi possit, affligor. Quando pulisper otium est ab incursum illorum, qui quotidie negotiorum causa ad me veniunt, & ita premunt, ut devitare nequeam, nec contemneret liceat, non desunt alia scripta concinnanda, & præferenda, quod temporis ratio differri non permittat; etenim Charitas non amicitie gradu, sed indigentium necessitate regitur. Hinc, quamvis modica sint intervalla inter negotiorum turbas, quibus me vel aliorum necessitas, vel emendandi pravi affectus fatigant, nunquam tamen mihi desunt dictanda, quibus ab illis distrabor, quæ magis genio arderent; ita, ut quid mihi agendum, nesciam! opera, quæ tunc sub manibus ejus erant, notat sequentia: *libros de Baptismo infantum,**

fantum, Breviculum Actorum Colloquii, Sæculum V.
Epistolam ad Donatistas Laicos, duas pro- A. C. 412.
lixiores epistolas ad Volusianum, & Mar- *ep. 141.*
cellinum, & longam epistolam ad Hono- *ep. 137.*
ratum. S. Augustinus sæpius in suis ope- *138.*
ribus mentionem facit de laborum suo- *ep. 140.*
rum multitudine, & præsertim in epistola *ep. 118. al.*
ad Dioscorum, ut eum a vano rerum oc- *56. n. 1. n.*
culturarum studio aversum ad seriam Philo- *ult.*
sophiæ Christianæ Doctrinam reduceret.

§. XLIX.

Concilium Cirthanum.

Epistola S. Augustini ad Donatistas est *ep. 141.*
illa Concilii Cirthani, seu Zertensis, *al. 152.*
in quo Silvanus, Numidiæ Primas præ-
erat. S. Augustinus nomine omnium
Episcoporum, quibuscum Concilio inter-
fuerat, loquitur, ut refutet Episcopo-
rum Donatistarum calumniam; quippe
in populum sparserant, Marcellini Tribu-
ni fidem pecunia corruptam fuisse, ut se
damnaret. Compendio recenset, quæ
in Colloquio Carthagenensi acta fuissent,
præcipue in usum illorum, qui ipsa Acta
habere non possent, aut quibus ea lege-
re nimis longum foret. Nihil intenta- *n. 3. n. 7.*
tum reliquerunt, inquit: ut nihil ageretur,
cumque id efficere non potuerint, saltem,
inutili garritu sæpissime immixto, hoc
facere non omiserunt, ut acta sine nausea
legi nequeant. Illam veritatem, quæ im-

M m 4

pruden.

- Sæculum V. prudentibus exciderat, acriter ingerit;
 A. C. 412. Personam, vel delictum unius alteri nocere non posse, & omnia reliqua referre, quæ contra seiplos vel dixissent, vel confessi fuissent; tum subjungit: *si Judicium pecuniam dedimus, ut pro nobis pronuntiaret, num fortassis etiam Donatistas bonis corrupimus, ut tam multa diceant, & acta legerent, nobis faventia, sibi ipsis vero adversa?* Leniter hortatur, ut veritati victas manus dent, nec diutius resistant. Data est hæc epistola decimo octavo Calendas Julii, cum Honorius nono Consulatum gereret, id est, 14. Junii, anno 412. Circa idem tempus S. Augustinus ad duos Presbyteros, Saturninum, & Efratrem, qui ad unitatem Ecclesiæ redierant, epistolam dedit; hortatur ad perseverantiam, ac ut quisque in Ecclesia suis functionibus secundum ordinem suum vacet. Scripsit quoque Cirthæ civibus, reditum ad Ecclesiam gratulatur, monetque, ut non sibi, sed Deo hoc Beneficium adscribant. Hujus civitatis conversio Concilii, ibi habiti, fructus fuisse videtur.

§. L.

Epistola ad Marcellinum. Politica.

- ep. 138. Longa ad Marcellinum epistola, cujus
 al. 5. S. Augustinus meminit in præcedenti, ad aliquas quæstiones respondet, ab eo sibi propositas; maximi inter cæteras

ras momenti illa erat, qua ratione Religio Saculum V.
Christiana, & Politica simul stare possent? A. C. 412.

Pagani enim dicebant: *quomodo cum Ra-
tione Status combinari possunt morales Re-
gulæ; ne cuiquam malum pro malo redda-
tur; ut quis percussus in una maxilla, præ-
beat & alteram? & cætera.* Quis un-
quam sua ab inimico auferri patienter
fert? quis civium Barbaris, Imperii Pro-
vincias devastantibus, jure belli vices red-
dere non conatur? quis non videt, quantum
Principes Christiani, dum suæ Religionis
principia sequuntur, Imperio nocuerint.

Respondet S. Augustinus; non ulcisci *ep. 138. al.*
injurias, rem esse Gentilibus, Romanis *5. c. 2. n. 9.*
que laudatissimam; nihil aptius confer- *10. & c.*
vandæ civium concordia, & unioni, quæ
Societatis Civilis vinculum est, & veræ
Politicae fundamentum. Errantes pa-
tientia, & mansuetudine sincerius emen-
dari, quam si rigorem adhibueris. Præ-
ceptum præbendi maxillam alteram, alia-
que similia secundum litteram accipi non
debere, nec ea semper externe, sed se-
cundum cordis dispositionem adimpleri.
Hac lege non obstante, malos puniri, ut
Beneficium etiam nolentibus exhibeatur,
sicut Pater filium affligendo corrigit.
Bellum quoque hunc in finem geri posse,
ut improbis facultas impune male facien-
di, quod malorum omnium maximum,
auferatur. Nec omnino in Evangelio *Luc. 3. 14.*

M m 5

bella

Sæculum V. bella gerere esse prohibitum, cum ibi militantium officia præscribantur; si tales nobis milites dentur, tales sint in Provinciis populi, mariti, uxores, liberi, Domini, Servi, Reges, Judices, tales sint tributis exigendis Præfecti, & ea pendentes, si quisque in sua conditione vitæ talis sit, qualem Lex Christiana esse exigit, neminem mortalium dicturum, hanc Legem Bono Reipublicæ adversari.

Si Principibus Christianis objiciatur, quod Imperio Romano ruinam parassent, id per calumniam jactari, cum jam ante illatam Evangelii lucem, conquestus fuisset Salustius, avaritiam, fastum, luxuriam evertere cœpisse Rempublicam. Juvenalem vitiorum istorum progressum observasse, quantumque Romani divertissent a Majorum suorum frugalitate, & paupertate, illis scilicet virtutibus, quibus Imperii Majestas fundata esset; Deum, quidquid virtutis etiam sine vera Religione in Romanis fuisset, data Potentia temporali remuneratum. S. Augustinus, ut utilissimam materiam ex ipsis visceribus pertractaret, haud multo post magnum opus de Civitate Dei, eidem Marcelino dicatum, scribere cœpit.

§. LI.

Epistola ad Volusianum.

Volusianus, ad quem S. Augustinus eodem

eodem tempore notissimam epistolam Sæculum V.
A. C. 412.
 scripsit, ex Romana Nobilitate genus du-
 cebat, Albinae Frater, & junioris Melani-
 nae agnatus. Necdum Christiana Sacra
 profitebatur, sed humanis litteris, & Phi-
 losophia instructissimus erat. S. Augu- ep. 132. al.
I. v. not. ibi
 stinus suaserat, ut Sacras Scripturas, eas
 præcipue, quas SS. Apostoli exarassent,
 legeret, ut ad legendos Prophetas, ab
 ipsis citatos, excitaretur. Simul exoritu-
 ras legenti difficultates soluturum se pro-
 mittebat. Factum etiam, ut Volusianus ep. 135. al. 2.
 quasdam quæstiones de Incarnatione
 Verbi, & Jesu Christi miraculis S. Au-
 gustino proponeret, sub finem adjungens:
*in aliis Episcopis toleratur aliquatenus ig-
 norantia, sed quando Augustinum inter-
 rogamus, quidquid ignorat, Religioni de-
 esse putamus.* Marcellinus Volusiani ami-
 cus huic epistolæ illam conjunxit, ad
 quam modo responsoriam retuli. S. Au-
 gustinus in responsione ad Volusianum di-
 cit; Verbum Dei, cum corpus voluisset ep. 137. c. 6.
7. Et.
 assumere, ut se nobis sensibilem redde-
 ret, illud ex Virgine sumpsisse, & cum
 eo omnes naturæ humanæ infirmitates,
 ut se verè hominem esse probaret. Deum
 unitum esse homini, ut Jesus Christus in
 una Persona subsisteret, sicut anima, in
 unoquoque homine corpori unita, unam
 tantum Personam constituit, ea solum dif-
 ferentia, quod facilius concipiamus unio-
 nem

n. II.

- Sæculum V.
A.C. 412.
- nem duarum rerum incorporearum, quales sunt Verbum Divinum, & Jesu Christi anima, quam duarum rerum, sicut animæ, & corporis nostri, quorum alterum utique corporeum est. Jesum Christum venisse, non solum ut homines omnem veritatem doceret, sed etiam ut necessarium ad salutem auxilium tribueret.
- n. 13. Augustinus deinde miraculorum ejus magnitudinem ostendit; ea quidem Gentiles non negabant, sed his conficta miracula Apollonii, Apuleji, aliorumque Magorum opponebant. Tandem omnia per
- n. 15. Religione Christiana argumenta ex concinnato compendio totius Historiæ, ad Religionem spectantis, a vocatione Abrahæ ad sua usque tempora colligit.

§. LII.

Epistola ad Macedonium.

- ep. 152. ap. Sanctus Augustinus non tantum pro Donatistis intercedebat, sed omnis generis reos ab ultimo supplicio, pro omnium Episcoporum more, liberare satagebat; hæc est materia prolixæ epistolæ ad Macedonium, Africae Vicarium, datæ, qui ejus hac super quæstione consilium expecterat. S. Augustinus respondet: *nobis quidem peccatum non probatur, sed miseret nos hominis, dum simul crimen detestamur; Et cum in hac tantum vita locus emendationi esse possit, Charitas, qua in*
- Genus

Genus humanum ferimur, urget, ut pro
 reis deprecemur, ne supplicium, quod hu- Sæculum V.
A.C. 412.
 jus vitæ finem faceret, pænæ sequantur
 nunquam finiendæ. Ut deinde ostendat,
 has preces pro fontibus Religionis Aucto-
 ritate muniri, qua de re Macedonius du-
 bitare videbatur, exemplum affert Boni-
 tatis Divinæ, Solem super justos, & in- Matth. 5, 44.
 justos oriri facientis; Deum in hoc Mun-
 do aliqua, quamvis admodum pauca, cri-
 mina punire, ne quis de Cœlesti Provi-
 dentia dubitare audeat, reliquorum vero
 vindictam in novissimum diem differre, ut
 tunc terribilis justitia omnibus colluceat.
 Quam ob rem, inquit: malos diligimus,
 eis benefacimus, pro eis oramus, quia Deus
 præcipit; at nullam de peccato partem ac-
 cipimus, sicut nec Deus; hæc facimus,
 ut, Deum imitantes, peccatores ad pœni-
 tentiam perducamus. Si Deus illos quoque, Rom. 11. 3.
 quos scit pœnitentiam non acturos, patien-
 ter tolerat, quanto magis nos commiserati-
 one eorum tangi oportet, qui emendatio-
 nem promittunt, licet securi non simus,
 an quod promittunt, impleturi sint? Ex
 his verbis colligendum videtur, Episco-
 pos non promiscue pro omnibus interce-
 dere solitos, sed pro illis solum, qui con-
 versuros se, recipiendo Baptismum, vel
 pœnitentiam promittebant. Quæ supe-
 rius S. Augustinus dixit, satis indicant,
 quam parvi fecerit illam pœnitentiam,
 quam

Sæculum V. quam damnatus illo temporis intervallo
 A. C. 412. quod inter sententiam, & supplicium flu-
 ret, agere posset.

Macedonius objecerat consuetudinem
 ep. 152. n. 2. Ecclesiæ, una non sapius vice peccato-
 rem ad pœnitentiam publicam admitten-

ep. 153. n. 7. tis. Id S. Augustinus non negat, sed sub-
 jicit, non idcirco Deum minus Misericor-
 dem esse in peccatorem relapsam; & sic
 profequitur: *Si quis eorum ad nos dice-
 ret: aut secundo me recipe ad eandem pœ-
 nitentiam, aut permitte, ut desperationem
 agi me patiar, & quidquid lubet faciam,
 vitiis, & voluptatibus me dedam, quantum
 facultates meæ, & leges humanæ sinerit,
 si vero hortaris, ne faciam, dic mihi, an
 rem ad salutem meam proficiam. facturus
 sim, si me ipsum mortificavero, si severius
 quam antea corpus meum maceravero, si
 abundantius elemosinas largitus fuero,
 verbo, si meliorem vitam duxero, & fer-
 ventiore Charitatem habuero? nemo no-
 strum ita insaniet, ut respondeat, hæc om-
 nia ei nihil ad salutem profutura. Igi-
 tur Ecclesia sapientissime ordinavit, ut
 ista pœnitentia confusionis plena unica
 vice concederetur, ne remedium istud,
 eo magis salutare, quo minus contem-
 ptui expositum est, minus utile reddi-
 tur, si magis commune evaderet. Ni-
 bilominus quis audeat Deo in faciem
 dicere: quare istius hominis rursus misere-
 ris*

veris, qui post primam pœnitentiam relapsus est?

Sæculum V.
A.C. 412.

S. Augustinus illud deinde argumen-

n. 8. 9. & 6.

tum urget, a peccatoris conditione desumptum, quæ omnibus hominibus communis est, atque simul Judicibus, accusatoribus, & intercessoribus inhæret, omnesque obligat pro officiorum suorum diverſitate, & humanitatis vinculo peccatoribus parcere. Tum sic concludit:

Vides igitur, intercessionem nostram a Religione approbari, & licere nobis gratiam

n. 15.

flagitare etiam pro scelestissimis, quia ad peccatores pro peccatoribus peccatores loquimur. Non ideo inferendum, Supremam

n. 16.

Potestatem, Jus vitæ, & necis, ferrum, arma frustra esse instituta; hæc enim omnia regulas suas, causas, & emolumenta

S. Augustinus.

habent; sic improbi timore coercentur, & bonis inter malos viventibus securitas præstat. At Episcoporum præces non adversantur huic rerum humanarum ordini, quo conservantur; eo major fit gratia fontibus, quo magis puniri merebantur.

12. 13.

Ignoscere crudelitas sæpe est, atque punire

n. 17.

miseriordia. Hinc puniendus quidem est, sed vita reo non eripienda, ut supersit, quem pœna inflictæ sanet. Nec id inficias imus, dari, quibus vi muneris sui, aut nata occasione, licitum est, improbos necare, sunt Judices, carnifices, viator, quem Grassator invadit, miles in bello. Sæpe fit,

fit,

Sæculum V. fit, ut qui alterius necis occasio, vel causa
 A. C. 412. est, culpa vacet; intentio omnes judicet.

n. 18. Itaque, etiamsi reus, quem supplicio prius
 liberaverimus, majora prioribus malis
 perpetret, id nobis non imputandum, sed
 pia intentio consideranda, & bona
 evenientia, dum Evangelium prædica-
 tium mansuetudine audientibus dulce re-
 ditur; & salus æterna illis, quos morte
 temporalis eripimus, procuratur.

Præterea Macedonius querebatur
 Episcopos pro reis intercedere, qui ab-
 stenta restituere nollent. S. Augustinus ex-
 cit, hæc simpliciter contra ipsorum vo-
 luntatem fieri; non dari veram sine re-
 stitutions poenitentiam, eumque, qui
 reum de restituendi necessitate non mo-
 net, criminis complicem fieri. Sed quan-
 do reus, quod rapuit, amplius non habet,
 aut si se habere neget, ad restituendum
 obligari non potest; quia vero Episcopi
 sæpe ab istiusmodi hominibus decipie-
 bantur, a Judicibus incusabantur, quod
 reorum malæ fidei faverent. In hoc loco

S. Augustinus Judicibus, testibus, advo-
 catis, & ministris justitiæ inferioribus
 optimas regulas in diversis restituendi ge-
 neribus tradit. Macedonius hanc S. Augu-
 stini epistolam magna animi gratitudine
 accepit, & argumentorum pondere con-
 victus, quibusdam reis, quos sibi com-
 mendaverat, vitæ gratiam fecit.

ep. 154.
 al. 51.

HISTO.